

P V I S

1 6 1 1




1. De Concionum Methodo Polani.
2. J. Druſii Tetragrammaton.
3. Reſponſio D. Bezeſii ad librum Marbachii.
4. De Cauſis Matrimonialib. D. Bilembachii.
5. De Prædeſtinaōe Henrici Chriſtmaſſii.
6. Prodyſſima Declamatio a D. Beckmanno
Scholaſticorum de Verbo DEI et Ecclia
M. Chriſtiani Beckmanni.
7. Synodus Theologica de Coena Domini
ejuſdem.


EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS,


Nea. 2


hi.
/.
hi.
/.











3

AD LIBRUM

c.

PHILIPPI MAR-
BACHII.

QVEM ARROGANTER, SED
FALSO INSCRIPSIT, TITVLO RE-
futationis Tractatus Doct. Christophori
Pezelij, De Sacrosancta Coena
Domini.

Responsio breuis,

Scripta

à

D. CHRISTOPHORO
PEZELIO SACRAE THEOLO-
GIAE DOCTORE.



BREMÆ,

Excudebat Bernhardus Petri

1594.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI: DOMINO
FRIDERICO IIII: Sacri Ro-
mani Imperii Electori: Palatino ad Rhe-
num: Duci Bauariae &c.

Hanc defensionem Tractatus De sa-
crofancta Cœna Domini Illustrissimæ
Celsitudini eius ante annos ferè quinque
in scripti: Consecrat dicatque

CHRISTOPHORVS
PEZELIVS D.



ITAT Eusebius in libris de
præparatione Evangelica hunc
versum de rixis Sophistarum :

φοιτᾶ δὴ βροτολογος ἔστι β
κενέον λελαρυία,

*Obambulat lis homicidialis, inane quiddam
garruens.*

Hæc querela magis vera est hoc tempore, quo
de maioribus rebus, cum pernicie & interne-
cione Scolarum & Ecclesiarum docti & indo-
cti rixantur, & multi improbi odijs augēt cer-
tamina & dissidia.

Experior autem & ego rabiem partim So-
phistarum, partim aliorum improborum, non
aliam ob causam: quàm quòd doctrinam, quæ
est Ecclesiæ Christi propria (quam & viua
voce olim in Academia Wittenbergensi tradi-
dit Philippus Melanthon, & scriptis utilibus
ad posteritatem cõplexus est) pro modo vo-
cationis meæ, fideliter repetere ac illustrare
hactenus studui.

A qua cum discedant, qui nunc præcipui
patroni haberi volunt, monstrosi dogmatis de
vbiquitate Corporis Christi, siue absoluta,
siue restricta, quam absurde sic nominant:
Mirum non est, inanes garritus eos proferre,
homicidialis illius Eridos, non tam aduersus

A a me,

me, qui nullius noui dogmatis in Ecclesia au-
thor, neque defensor sum, Sed contra doctri-
nam Christi & Apostolorum, ac Orthodoxo-
rum omnium, quæ eadem & Melanthonis
doctrina est ac fuit, Cuius fidelem testem ac
custodem me esse, & scripta mea ostendunt,
& ego fide ac conscientia optima coram tota
Ecclesia affirmo.

Duo autem sunt capita præcipua, in qui-
bus veritatem orthodoxam per jugulum me-
um confodere illi mei aduersarij conantur:
Vnum est de distinctis naturarum in una per-
sona Christi proprietatibus: Alterum de du-
plici manducatione corporis Christi, spiritu-
ali & sacramentali, secundum Scripturæ nor-
mam, & loquendi apud scriptores veteres con-
suetudinem, ex ipsorum sensu natiuo rectè
explicata.

In his oppugnandis, dùm illi Eutychniana
commenta, de communicatis seu collatis in
naturam humanam Christi idiomatis Deita-
tis: Itemque Pontificia figmenta sequuti de
orali ipsissimi corporis Christi manducatione
(reiecta veterum scriptorum, qui hac verbo-
rum forma longe alio sensu usi sunt, declara-
tione) contra me & veritatem disputant: non
magis inter se consentientes sunt, quàm Sam-
sonis vulpeculæ, caudis solis colligatæ, capi-
tibus

bus verò in diuersas partes distractæ atque
seiuictæ.

His autem talibus meis aduersarijs (ex qui-
bus si Hunium & Hoffmannum Helmstadi-
ensem inter Sophistas: Selnecerum maledi-
cum, dum in viuis erat, & Iammelmannum
cum Ligario suo, atque Olearium improbis
annumerarim, haud ullam iniuriã eis fecero)
nuper se adiunxit Philippus quidam Marba-
chius, cuius nec nomen antehac in Ecclesia
innotuit, nisi ex scripto quodam Heidelber-
gensis contra eum ante annos non adeò multos
edito, de crimine falsi ab ipso admissõ.

Is volumen in publicum non ita pridem e-
misit, paginarum 210. titulo refutationis
Tractatus de sacrosancta Cœna Domini ante
annos quinq; ferè à me editi. Quod volumen
in præfatione munisse se gloriatur, consensu
& approbatione Theologorum Argentinen-
sium, inter quos, quid ante annos non mul-
tos contra Ioannem Sturmium φιλοφιλιππων
tentarit, atque ausus fuerit Pappus, quanquã
illius discipulus, nondum ex animis atq; me-
moria hominum excidit.

In eadem præfatione ab Illustrissimo prin-
cipe D. PHILIPPO LVDOVICO Comi-
te Palatino ad Rhenum, &c. postulat; ut ope-
ram quasi proxenetæ sibi præstet, efficiatque,
ut liber

ut liber suus in manus Illustrissimi Herois, D.
FRIDERICI, Ducis Palatini ad Rhenum,
S. Rom. Imperij Electoris perueniat, ab eoq;
ipso, utpotè cui tractatus meus inscriptus fu-
erit, legatur & cognoscatur.

Iactat præterea se occupatum nunc esse in
paranda refutatione defensionis Neostadianæ
oppositæ Apologiæ Concordiæ Iacobandre-
anæ: ut quod de inepto ostetatore Poëta dixit,
idem de hoc oratore nouo dici posse videatur:

Quid feret hic tanto dignū promissor hiatus?

Cum autè animus mihi nõ sit, rixari perpe-
tuò cū aduersarijs ἀντομαζήτοις; postquã
& confessio mea Ecclesiæ nota est, & fontes
errorum quos illi tuentur, non meis tantum,
sed multorum aliorum scriptis euidenter de-
monstrati sunt: Præterea in tanta scriptorum
polemicorum copia, etiam breuitas in respon-
dendo bonis mentibus grata sit: visum est, do-
nec alia occasione analysis seu refutatio exa-
ctior voluminis Marbachiani tam prolixi in-
stituatur, hoc quidem tempore, velut in Syno-
psi quadã ob oculos lectori Christiano & can-
dido ponere specimen saltem libri Marbachia-
ni: vnde intelligi possit, quàm is nihil habe-
at certum, nihil inter se, & cū scriptura sacra,
& orthodoxis veteribus ac recētibus scripto-
ribus consentiens. Atq; utinam Marbachius
inspe-

inspecta hac quantumvis breui & inter occu-
pationes alias grauiores tumultuaria opera
confecta, atque etiam vix inchoata Synopsi in
seipsum descendere, & illud, Nosce teipsum,
addiscere incipiat: quod haud tam facile esse
consuevit ijs, qui ebrij sunt iuuenilibus calo-
ribus, & secundioris fortunæ successibus. Nā
si vel in hoc uno speculo se recognouerit, quā
NVDVS sit, ut est in admonitione illa Apocaly-
pticos 3. intelliget sanè, maiori studio sibi cō-
paranda esse ea, quibus se tegat & muniat,
quā quibus temere ac imprudenter alios
impugnet.

Idem optarim & ceteris meis Antagonistis,
& alijs nimium audacibus scriptoribus, quod
per eos minus turbetur ac oneretur Ecclesia,
tot sine freno aureo Palladis, vel potius sine
Eucrifia, quæ donum est Spiritus sancti, e-
missis rhapsodijs, & centonibus futilibus.
Profecto enim dolendum est, quod tam multi
hodiè ex ijs, qui Theologi nominari volunt,
non modo nō cogitant, quid vel ædificet, vel
offendat Ecclesiam: Sed nec sui honoris ac
nominis rationem satis habent, Nimis confi-
denter subeuntes aleam iudiciorum publicā,
Neque in animum sibi reuocantes, quod lin-
guam & calamum suum custodire (cū ser-
mo sit character animi) primum exercitium
pieta-

pietatis sit. Interim Ecclesia ipsa (ad cuius legitima iudicia controuersias horum temporum reuocare fatius est, quàm uelitationibus scripturum assiduis certare cum aduersarijs ueritatis) vel ex breui hac consignatione iudicet, quid de toto volumine Marbachiano sentiendum sit, & meis & Marbachij scriptis ad Dei uerbum tanquam ad Lydium lapidem collatis, iuxta præceptum Apostoli eligat, quod bonum est, repudiatis sententijs falsis, & à Criticis quæ in Ecclesia Christi locum habere debent, abhorrentibus.

*DE TITVLO LIBRI
Marbachiani,*

Primum igitur, quod ad magnificum illum titulum voluminis Marbachiani attinet, quem non modo in fronte posuit: sed in singularum Paginarum vertice, ab initio libri ad finem usque repetiuit: haud ille quidem mihi dissimilis esse videtur, siue Trophæo absque victoria & spolijs: siue Cenotaphio, quem, tumulum inanem Vergilius, imaginatum Sepulchrum alij nominant. Nam ut hæc fictione seu repræsentatione quadam imaginaria constant, non rei ueritate: Si hostis à statione sua nondum depulsus: Si corpus mortuum nullum tumulo illatum sit: Sic Marbachius

chius præfixo Refutationis titulo inani,
Historiarum suarum, quas nõdum consequutus
est, & sepulturæ cuiusdam imaginariæ monu-
mentum ostentat potius, quàm facto ipso
probat.

Præfationem certè tractatus mei de S. Cœ-
na, qua ostenditur, quantum periculi sit in
prava interpretatione verborum Cœnæ, &
disputationibus prophanis de orali manduca-
tione corporis Christi propriè accepta, eius-
demque corporis in manu sacerdotis præsen-
tia corporali: qua ceu fundamēto nititur Mis-
sa pontificia: Itemque primam tractatus illi-
us partem, qua refutantur eorum argumenta,
qui fascinati opinionibus anteceptis, & præ-
iudicijs factiosorum nominum occupati ab
accuratori inuestigatione veritatis in hoc ar-
ticulo abhorrent: Planè silētio inuoluit Mar-
bachius, ne gry quidem ad ea respondens.

*De præiudicio factiosorum
nominum.*

Et tamen, quod in Corinthiorum Ecclesia
accidisse Paulus conqueritur, ut alij quidem
Pauli, alij Cephæ, alij Apollô se esse dicerent.
Et quod in Papatu initium dedisse scimus va-
rijs Monachorum sectis: alijs Augustini, alijs
Dominici, alijs Francisci, alijs Bernhardi, alijs
alio-

aliorum nomine se venditantibus: id Marbachius statim initio libri sui laudi sibi ducit, quod (prorsus neglecta peruersissimi huius moris refutatione, quam in tractatu meo pag. 23. & deinc. attingere nedum refutare ausus non est) nomina eorū subinde inculcat, qui ad vulgus magis, aut minus gratiosi sunt; Me & orthodoxos alios, qui non Calvinianæ, sed Christianæ Theologiæ doctores nos pfitemur Calvinistas nominans; Se verò suosq; genuinos Lutheranos jactitans; Sua etiam cōmenta Lutheri dogma: Sententiam orthodoxorum veterum & recentium, Caluini opinioū appellans, Imo & hoc addens, quod sicut filij Abrahami & Israēlitæ ab Abraham & Iacob dicti sunt; Sic ipse quoq; & sui se iure ac merito Lutheranos nuncupent.

Quod quā falsò quāque perniciose ad turbendam ac diuellendam Ecclesiarū Evangelicarum conjunctionem dicatur, fani omnes facile agnoscunt: Qui cū intelligāt etiam ad præjudicium causæ ipsi controuersæ faciendum id pertinere, sciunt nomina illa fastiosa Iuri ciuili quoque repugnare. Nam in Iure pœnam meretur, si quis litigator, litigiosis ædibus titulum potentis alicuius Domini affigat, ut terrore eum repellat ab actione, quem Iura ipsa non excludunt.

Scd

Sed quoniam Lector forte in mediam rem
festinat, leoninam hanc Marbachianis detra-
here, nunc ista in parte supersedeo.

*DE STATV CONTRO-
VERSIAE.*

IN secunda autem Tractatus mei parte, pa-
gina 40. & deinc. cum remotis calumniis,
quib' veritas prae-grauatur, totius cōtrouersie
de Cœna Domini statum, tribus mēbris, ceu
limitibus certis circūscriptum, planissimè ob
oculos Lectori posuerim, Eaq; ipsa membra
postea in tertia tractatus parte recitatis utrius-
que partis dissidentium argumentis perspicuè
ut opinor, & euidenter explicarim; Tantùm
abest, ut refutare ista potuerit Marbachius: ut
nusquam ipse sibi constet in formando statu
causæ: Plerasque verò assertiones meas, quæ
summam orthodoxæ sententiæ continent, ula-
trò admittat; suorum autem opiniones ipse
impugnet, sententias eorū multas, aut aperte
reijciat, aut flexiloquis ambiguitatibus sophi-
stice inuoluat.

Exemplis hoc ostendere opere precium fue-
rit, monstratis atq; collatis aliquot saltem lo-
cis libri Marbachiani. Nam cum tria sint
potissi-

Potissimum capita controuersa de sacra cœna:

1. Vnum de sensu atque intellectu uerborum Christi, Quo disputatio pertinet de *Reto & Diana*, siue de litera & sententia, & de modo prædicationis, propria ne an figurata sit locutio in propositionibus, in quibus corpus Christi de pane mystico; sanguis Christi & testamentum nouum de poculo eucharistico prædicatur:

2. Alterum de modo seu ordine præsentia corporis Christi in usu cœnæ: Vtrum substantialiter, an sacramentaliter corpus Christi uinitum sit pani, & an idẽ Christi corpus, quod ad ipsius substantiaẽ KOINONIAN attinet, alio atq; diuerso ab Euangelij promissione modo, ad id saltem momentum à nobis participetur, quo symbola sacra percipimus;

3. Tertium de modo atq; instrumẽto manducationis corporis Christi: Quo discrimen Sacramentalis ac spiritualis manducationis, & disputatio de Orali & im piorũ, seu prorsus infidelium manducatione proprie aut sacramentaliter intelligenda, pertinet: Hæc ergo cũ sint capita præcipua controuersiaẽ huius, age, quàm egregium mearum assertionum Refutorem Marbachius in singulis capitibus se præbeat, videamus.

Sum-

*Summa mearum assertionum in Prima
Controversia membro explicando.*

Assertiones, quibus in tractatu meo, de intellectu verborum cænæ usus sum, & quas argumentis certis veras, contrarias vero assertiones falsas esse demonstraui, hæ fuerunt potissimum.

1. Quod in verbis cænæ, INTERPRETATIONE certa opus sit, & quòd per figuram Sacramentalem, id est, naturæ ac definitioni Sacramentorum conuenientem verba cænæ explicanda sint, pagina tract. 52. & deinceps.

2. Quod sacramentalis prædicatio in verbis cænæ non sit regularis, seu propria; Neq; ea, quam Philippus inusitatam, scholastici singularem nominarunt pag. tract. 65. & deinceps

3. Quod neq; pontificij neq; qui Cardinalis Cameracensis interpretationem verborum Christi sequuntur, literalem sensum retineant, pag. tract. 71. & deinceps. Imò quod D. Lutherus, & Ioh. Brentius in verbis cænæ synecdochen, & figuram sermonis disertè statuunt, Et V. Erytræus propositionem ipsam inter Tropicas & eschematismenas seu figuratas expelle referat, pag. tract. 85. & deinceps.

Quòd

4. Quod cum propositio Cœnæ principalis figurata esse dicitur, nō tam ad singulas voces secundum se consideratas, quam ad prædicationem, id est, ad modum attributionis, seu ad habitudinem prædicati ad subiectum respiciendum sit, pag. tract. 104. & deinceps.

5. Quod non quælibet Metonymia signi & rei signatæ etiam planè absentis; sed prædicatione Metonymica sacramentalis (qua simul cōprehendatur testificatio de præsentis exhibitione rei promissæ in usu signi legitimo) rectè adhibeatur ad verba Cœnæ declaranda. pagina 117. & deinceps. Item, Quod non quælibet Synecdoche, Sed ea demùm in verbis Cœnæ locum habeat, qua doceatur, cum pane & vino, seu dato pane & vino vere dari corpus & sanguinem Christi. Pag. tract. 122. & deinceps.

6. Quod neq; ad verba Cœnæ neq; ad naturam Sacramentorū cōgruat Synecdoche ejusmodi, aut prædicatione inuitata talis: qualem comminiscuntur aliqui de corporis Christi in existentia in pane, aut panis & corporis copulatione substantiali, pag. 168. & deinceps.

*Quas ex his assertionibus admittat
Marbachius.*

Tantum verò abest, ut has assertiones, res
futare

futare potuerit Marbachius, ut vi' veritate
adactus, plerasque admittere atque approba-
re cogatur.

1. Nam pagina libri sui 11. ait, nō in qua-
stionem a se suisque vocari, an verborum
Christi nulla sit *dianoea* vel an ab eorum in-
terpretatione omnis *dianoea* excludenda sit:
Nec an *dianoea* respuenda, quæ congruat cum
natura Sacramentorum, cum circumstantijs
institutionis, cum analogia fidei: Similiter
pag. 37. Nunquam negauimus verba Chri-
sti opus habere explicatione & interpretatione.
Item, Insistimus expositioni à Christo ipso &
Apostolo Paulo addita.

Pagina 13. Nusquam suos asserere ait,
prædicatione propria & simplici de pane dici
corpus Christi. Eadem pag. opponit inter se
vocabula propriè, simpliciter, & Sacramentaliter,
quorum illis (propriè & simpliciter) in
prædicationibus de pane & vino **N V N Q V A M**
utimur inquit: Hoc (sacramentaliter) saluo
& sano intellectu non tantam admittimus, sed
illo etiam frequenter utimur. Repetit eandem
asseuerationem pag. 18. 19. Nunquam nega-
uimus panem esse sacramentaliter corpus Chri-
sti, quia propriè & simpliciter non est corpus
Christi. Et pag. 28. Nostri alieni sunt ab eo-
rum opinione, qui corpus Christi propriè dici

con-

contendunt de pane Eucharistico. Pagina
item 19. Essentialem prædicationem in verbis
Christi nunquam asseruimus, imò toties ob-
iectam ab aduersarijs semper reiecimus & re-
pudiauimus.

3. Pag. 62. Nostrarum ecclesiarum docto-
res nunquam repugnarunt in verbis cenæ
Synecdochen admitti posse. Pag. vero 36.
docendi causa QVÆDAM figura admitti
potest, quæ veritatem promissionis Christi nõ
destruit, etsi non omnis, quæ in alium profus
sensum enunciati naturam euertat. Ibidem
nihil habet, quo præceptoris sui Erythræi
sententiam impugnet, ac silentio suo potius
comprobat, quod in verbis Christi sit propo-
sitis tropica & figurata.

4. Eadem pagina 36, Non in vniuersum
omnem figuratam loquendi formam exclu-
dimus, sed eam tantum, quæ à propria & na-
turali singularum vocum significatione nos
cogit deflectere.

5. Pag. 59 Eam metonymiam reiiciendam
ait, in qua tantum nomen rei signatæ procul &
plane absentis tribuitur signo: non autem
qua testificatio simul compræhendatur de
præsenti exhibitione rei promissæ in usu signi
legitimo. Hanc enim aded non oppugnat
Marbachius, ut plurimum affirmet cõfirmari
doctri-

doctrinam suam, & euertere nostram, eam nō
mirum, quæ per calumniam ab ipso nobis as-
scribitur.

Pag. 62. Admittimus hanc Synecdoches
usurpationem, qua posita, sequitur, datis ex-
ternis Symbolis simul exhiberi res signatas,
utique non absentes sed verè præsentēs, Am-
plectimur etiam Philippi Melanchtonis Sy-
necdoches explicationem, quod sumpto pane
& vino, vere sumatur corpus & sanguis Chri-
sti Rectè etiam hac forma verborum, quæ ad
Synecdochen congruunt, usum fuisse Melanch-
tonem concedimus, Cum pane sumitur cor-
pus Christi.

6. Passim negat Marbachius, se docere cor-
poris Christi inclusionem, aut præsentiam lo-
calem, aut inexistenciam in pane, aut panis &
corporis copulationem substantialem. Sic
enim pag. 19. affingi sibi ait, quod statuatur pa-
nem esse corpus Christi, quia inclusum in se
habeat corpus Christi, quo ad situm loci: &
suos tot monumentis testatos esse, nullam se
asserere corporis & sanguinis Christi inclusio-
nem aut localem præsentiam in pane & vino.

Et pag. 102. Nullam coëxistentiam substan-
tialem in pane fingimus. Et pag. 111. Non
opus nobis est conficta aduersariorum cōsub-
stantiatione, inexistencia vel coëxistentia.

B

Hæc

Hæc toties a Marbachio repetita protestatio, si vera est: Annon re ipsa fatetur, quod in postrema mea assertionem dixi? Neq; Synecdochen, neq; iuvsitatam prædicationem talẽ admittendam esse, qua significetur inexistẽtia eiusmodi, aut copulatio substantialis corporis Christi & panis Eucharistici?

Hic tu ergo vide, Christiane Lector, quid de magnifico illo Refutationis titulo à Marbachio singulis libri sui paginis præfixo iudicandum sit: cùm principales assertiones à me in primo membro controuersie huius, de verborum Cœnæ interpretatione positas, ultrò mihi, velit nolit largiri cogatur, imò diserte atque expresse plerasq; assensu suo confirmet

Anglicæ Marbachij conantis refutare, quæ vera esse largitur.

Illud etiam vide Lector, quale specimen iudicij sui præbeat de seipso Marbachius, quòd cum assertiones, (ad quas tanquam ad scopum cetera omnia, quæ in explicatione primi membri à me recitata sunt, verè ac proprie pertinent) admittat atque approbet; Refutationem tamen eorum, quæ inde dependent, promittere nobis, atque vt glaucomam oculis imperitorum obijciat, moliri quomodo-cunque ausit?

Nam

2. Nam si verba Christi fatetur interpretatione opus habere, neq; *συναγωγῶν* excludendam esse: cur non dico refutandi sed respondendi onus subjct, ad ea argumenta, quæ hanc assertionem confirmant, quòd in verbis Christi interpretatione opus sit? quæ certè *συναγωγῶν* est, non *συναγωγῶν* propriè sic dictum, non litera.

Quod si agnoscit panem corpus Christi esse, nō propriè, nec simpliciter, sed sacramentaliter: si prædicationem ipsam propriam, & essentialem esse verè negat: cur argumèta impugnat, quæ literalis sensui, siue prædicationi regulari & propriæ opponuntur; & verba cœnæ per figuram sacramentalem explicanda esse docent?

3. Iam si in verbis Christi docendi causa, figuram quandam admitti posse verè sentit; si Synecdochè, que tropus certè est, & figura, nō repudiat: Si ad Erythræi auctoritatem, quod oppositio illa Cœnæ sit tropica & figurata, obmutescit prorsus ac tacet: cur responsionem ad argumenta, quæ cōtra mentionem omnem figuratarum locutionum in verbis Cœnæ ab aliquibus afferuntur, ferre non potest, eamq; quo jure, quæcūq; iniuria, impetere audeat?

4. Præterea, si eam tantùm figuram, quæ à propria & natiua singularum vocum significatione deflectere cogit, excludi à se rectè af-

B 2 sumat;

firmat; cur in in explicatione illa non acquiescit quæ est in tractatu, sub titulo: Quo respectu figurata locutio in verbis cœnæ locum habeat? vbi & P. Martyris & Theodori Bezae testimonia allegata sunt, (quæ negare Marbachius non potest, quantumuis alios aliter antehac scripsisse cauilletur) quæstionem esse, non de singulis vocibus, sed de modo attributionis prædicati ad subiectum, quæ est ipsa prædicatio.

5. Quorsum verò oppugnat argumenta à me allata? quòd Metonymia dextrè explicata aliena non sit à Sacramentali explicatione? si eam tantùm Metonymiam reiiciendam sentit, in qua, omissa testificatione de præsentis exhibitione rei signatæ, tantùm nomen rei signatæ plane absentis de signo dicitur? quem errorem nominatim taxavi atq; rejeci in tractatu. Itemq; si hanc Synecdoches explicationem Melanchtonianam admittit: Datis externis Symbolis simul exhiberi res signatas: Si Brentij veterem sententiam veram esse agnoscit, quod pane & vinò Cœnæ Dominicæ distribuuntur & donentur fidei nostræ corpus & sanguis Christi: quæ eadem fuit, & Euceri Synecdoches explicatio: Cur nos eadem sentientes ac dicentes damnandos putat?

6. Denique si nõ agnoscit substantialem copula-

pulationem signi & rei signatæ: Cur argu-
menta oppugnat? quibus ostenditur, neque
Synecdochen talem, neque inusitatam præ-
dicationem eiusmodi ponendam esse, quæ
existentiam corporis Christi in pane statuat,
seu coexistentiam ad locum panis? Cur etiam
in responsionibus illis non acquiescit, quibus
refutatur in tractatu obiectiones, quæ pro de-
fensione illius Synecdoches, & inusitatæ præ-
dicationis afferuntur ad inexistenciam corpo-
ris Christi in pane Eucharistico stabiliendam?

Exempla **C O N T R A D I C T I O N U M**
Marbachij, *in primo membro*
Controversia.

Viderit autem Marbachius ipse, quomodo
contradictiones suas conciliet: *Vna & sim-
plex est veritas: Mendacium autem varium
& multiforme.*

Iudicet ergo Lector, an simul vera esse pos-
sint hæc cōtradictoria, quæ non erubuit Mar-
bachius in falso sic ab ipso nominata refuta-
tione primi membri huius controversiæ po-
nere? I.

Pag. 13. inquit, Dicimus verba Christi,
secundum *Reton* esse intelligenda: Et pag.
51. Simpliciter nobis *Reto* insistendum
est. At paulò ante pag. 11. scripsit: Non
omnis

omnis *Dianæa* in institutionis verbis respun-
enda est. 2.

Pag. 36, Non in vniuersum, inquit,
in verbis Christi omnem figuratam loquendi
formam excludimus: Idq, repetit Pag. 77.

Pag. item 59. metonymicam prædicatio-
nem eam non repudiat, quæ præsentem exhi-
bitionem rei promissæ simul complectatur.

At Pag. 41. promiscuè ait, pernegare se,
quòd figurata forma & quidem metonymica
Christus vsus sit.

3.
Pag. 38. fatetur, Deum multa sapienter
& veraciter in sacra scriptura per figuras esse
elocutum: Et Pag. 39. Concedimus quod
figuræ certæ interdum maiorem emphasin &
energiam habent, quàm locutiones propriæ.
At Pag. : 12. tanquam repugnantia seu con-
traria, inter se opponit, aperta, plana, perspi-
cua: & obscure ac tropicè dicta: Et pag 10.
figuratas locutiones habet pro verborum
involucris, quibus suspensi reddantur audi-
tores simplices, Item quib⁹ promittatur aliud
verbis, aliud mente reconditum occultetur?

4.
Pag: 48. Fatetur, aliquibus in locis scrip-
turæ à litera recedendum esse: Et eadem
tamen, ac sequenti pagina blasphemum &
diaboli-

Dabolicum dogma nominat, dicere: Si conscientiae satis fieri posset praetextu literae, nullam futuram esse haeresin, quae excusationem non mereretur. Tragicè etiam declamitat, (à particularib⁹ ad vniuersalem asseuerationem procedès) Quae certitudo erit doctrinae caelestis si in testimonijs scripturae non licet, imò non necesse est, literae insistere?

s.

Pag: 13. inter has propositiones, (quas D. Lutherus in scripto, contra Regem Angl. æquipollentes esse demonstrat, hoc est corpus meum: Et panis Eucharisticus est corpus Christi) discrimen tale ponit: In illa nullum admittimus tropum; in hac agnoscimus propositionem sacramentalem. Id verò quid aliud est, quàm in priori propositione non agnoscere sacramentalem praedicationem? In altera autem tropum admittere? quod in orthodoxis ferè oppugnat, sibi ipsi nimirum, Vt fit in mala causa, perpetuo aduersando.

At mox Pag: 14, Concedimus inquit totum argumentum (cuius conclusio hæc fuit: Propositiones Cænæ Dominicæ, inter quas hæc ipsa etiam est (Hoc est corpus meum) sacramentaliter sunt intelligendæ.) Hac tantum limitatione addita, scilicet, vt fert & postulat natura Sacramentorum noui Testamenti:

menti: Ex quo sequitur: In hac etiam ipsa Christi propositione: Hoc est corpus meum Marbachium contra priorem suam asseuerationem, agnoscere sacramentalem prædicationem. Quod expressius fatetur pag. 146. his verbis: Sacramentalem locutionem minime à verbis Christi (hoc est corpus meum) excludimus, quæ scilicet competit Sacramentis Noui Testamenti, quæ rem signatam in usu sacre Eucharistiæ legitimo non excludit sed præsentem exhibet.

Pag. etiam 62. & 66. concludit, synecdochicam prædicationem in interpretatione verborum institutionis admitti commodè posse: Synecdochen autem tropum esse nemo san^o negare potest: Erit igitur hæc propositio, Hoc est corpus meum, Marbachio nullum admittens tropum, & erit eadem Synecdochica & Tropica: Erit non Sacramentalis, & tamen Sacramentalis.

6.

Pag. 1. & alibi passim, dicit se & suos naturam & genuinam verborum CHRISTI SENTENTIAM defendere. At. Pag. 10. & sæpè alibi ait explicationem illam à suis retineri, quæ dicitur: IN, CVM, SVB PANE, esse corpus CHRISTI, Quod quid aliud est, quàm recedere à verbis ipsis, & horum

horum natiua sententia ? Coniunctum enim
seu unitum, non est illud ipsum, cui unitur.

7.

Pag: 33. Subiectum, inquit, huius propo-
sitionis, Hoc est corpus meum, seu pronomen
Hoc, vtrumque complectitur, & signum quod
videtur id est Panem, & rem signatam, qua
non videtur id est corpus Christi.

Et rursus Pag. 34. Pronomen Hoc, sub-
iectum integrum complectitur. licet non ae-
que oculis & sensibus sit subiectum.

At pag. 67. respondens ad argumentum
extractatum pag: 172. de collatione subiecti &
praedicati: hanc propositionem inquit, se non
modo non agnoscere, sed etiam ut erroneam
expresse reijcere: In sacra Cæna duo, signum
& rem signatam conjuncta, contineri in sub-
iecto.

8.

Verbum Est se & suos interpretari ait pa. 2
hyparcticôs: & non pro significat, vel symbo-
lum & figura corporis est: sed quod panis re-
vera sit & existat corpus Christi. Quo iure
igitur negat pag. 19. se unquam asseruisse in
verbis Cœnæ praedicationem essentialē? Imò
cur non solum pag. 25. sed etiam 79. ait pa-
nem Eucharisticum dici corpus Christi, quia
vere praesentis signum & sigillum ac pignus est?

9. pag.

Pag. 37, negat se veram corporis definiti-
onem abijcere, cum Christus in verbis coenam
nominat corpus suum. Negat etiam hanc su-
am opinionem esse, quod statuat substantialem
quandam copulationem imaginarij cuiusdam
corporis Christi, et panis Eucharistici, pa. 139
Et perpetuo tamen de corporali praesentia &
manducatione orali corporis Christi sic disputa-
rat, Ut nominatenus quidem veri corporis ap-
pellationem retineat, sed cuius neque essenti-
am, neque essentialem ullam proprietatem de-
finiendo verè monstrare potest.

Negare non potest pag. 25. & deinceps,
recte à veteribus panem nominari Eucharis-
tiam; sacramentum, signum, figuram, sym-
bolum, typum, antitypum, seu exemplar simi-
litudinem, speciem, imaginem, pignus, m-
terium corporis Christi. Item panem significare
& suo modo esse corpus Christi,

Verum pag. 11. hanc *ἀντινομία* ait expressè
& è diametro cum verbis Christi pugnare,
Quia Christi verbis affirmantibus: Hoc est
corpus meum opponat, contradictoriam: Hoc
non est corpus Christi: Sed vel significat, vel
est figura, vel est signum corporis Christi (Nā
quod de procul absenti corpore assuit, ex am-
biguitate

biguitate vocabuli, calumniam de suo texit,
instar aranei ex ventris sui visceribus telam
texentis.

II.

Pag. 37. in uno & eodem paragrapho sta-
tuit ab antiquitatis consensu nō esse recedens
dum Et mox tamen hac religione nos soluit
inquiens: Etsi illum non repudiamus, tamen
quando de vera verborum Christi sententia
pronunciandum est, simpliciter standum &
acquiescendum esse dicimus in expositione,
quæ à Christo ipso est addita, & per Aposto-
lum illustrata. Hoc verò quid aliud est dice-
re, quàm veteres, sacramentaliter & tropicè ex-
ponētes verba cœnæ falsos testes esse veræ sen-
tentiae Christi, & ab expositione in sacris lite-
ris tradita recedere? 12.

Pag. 62. Repetit ex allegatione tractatus
pag. 125. & probat verba Bucerii: Panis non est
ipsummet corpus Domini, sed est symbolum
eius, eoque etiam significat illud: etsi non sig-
nificatur id tantum, sed etiam exhibetur cum
pane. Pag. vero 23. Panis, licet sacramen-
taliter & in mysterio: vere tamen & Realiter
est corpus Christi. At si panis est realiter cor-
pus Christi, quomodo nō erit ipsummet Chri-
sti corpus? Quod si realiter intelligit substan-
tialiter, quomodo panis erit corpus Christi sa-
cramentaliter? Aut si realiter aliud ei, quàm
substan-

Substantialiter dicitur, cur realiter & substantialiter inter se opponit? quasi quæ sacramentaliter esse dicuntur, nõ etiam vere esse dicantur: etsi suo modo, ut Augustinus loquitur.

11.

Pagina 45. reiicit hoc axioma: Quod in sacramentalibus locutionibus, non tam ad singulas voces secundum se consideratas respiciendum sit, quàm ad prædicationem ipsam. Verùm ipse passim hoc inculcat: se verba singula accipere propriè: prædicationem verò ipsam negat propriam esse. Etenim scopum suarum argumentationũ ponit pag. 8 & deinceps: A propria & nativa verborũ significatione non esse recedendum, Atq; id de singulis vocibus vult intelligi. At pag. 13. Nõ negant nostri, inquit, licet verè de pane prædicetur corpus Christi, prædicari tamen illud sacramentali ratione, hoc est Prædicatione non propria & usitata.

Huius autem discriminis neglectio alijs in locis Marbachium adeò extra viam abducit, ut magnam partem suarum disputationum frustra consumat, in reiicienda figurata prædicatione, ne figuratum corpus statuere videatur; prædicatione figurata posita, ut pag. 131. inquit: Ideo figuram et tropum in verbis admittere nolunt Ecclesiarum nostrarum doctores

No

Ne putatum, imaginarium, figuratum corpus pro nobis traditum esse Marcionitæ obijcere queant. Sed trepidant isti timore, ubi non est timor, ut in Psalmo dicitur.

13.

Laudem inuentæ in sacris literis prædicationis inusitatæ ait, pag. 28. meritò tribuimus Philippo Melanchtoni: Præceptorem quoque hunc, & de bonis literis ac pietate Optime meritum, ore saltem, utinam animo quoque & factis profiteatur. Interim cornicum oculos, quod dicitur, cõfigere satagit, cùm species innumeras prædicationis ex cerebro suo fingit, non continens se intra metas definitionis Melanchthonianæ, qua quid sit prædicatio inusitata, & quibus ea propositionibus accõmodanda sit, euidenter ille & perspicuè docuit.

14.

Pag. 70. concedit à D. Luthero nullam factam esse mentionem prædicationis inusitatæ in verbis cœnæ; Et se tamen ac ceteros suæ factionis Theologos, solos esse putat Lutheranos, qui Ecclesiam Dei hac noua rixâ de inusitata prædicatione turbare non ita pridem cœperunt.

15

Pag. 70. Nostrarum Ecclesiarum doctores, inquit, propositionem hanc: Hoc est corpus

pus

pus meum : vel panis eucharisticus est corpus Christi, inter inusitatam prædicationem (sic enim barbarè loquitur) retulerunt. At supra pag. 13. pietatis & v̄itatis studiosos diligenter notare iussit discrimen inter has propositiones; in quarum illa, inquit, nullum admittimus tropum; in hac agnoscimus prædicationē sacramentalem. 17.

Pag. 16. 17. committit inter se Euangelistas: Er verbis inquit, Pauli & Lucæ inesse prædicationem sacramentalem nō negamus.

Et paulo post. Notanda est hæc perpetua interpretandi verba scripturæ regula; Aperta, plana, & perspicua, nō esse per ea, quæ videntur obscurè & tropicè dicta involuenda, sed quæ vel obscurè, vel tropicè dicta sunt, per ea, quæ planè & perspicuè enunciata sunt, illustranda esse; Verbis igitur Christi illustranda sunt ea, quæ aliquam in Luca & Paulo videntur habere obscuritatem. Vult ergo Euangelistas alios tropicè & sacramentaliter locutos esse, alios non tropice, nō sacramentaliter. Et fingit posteriores, minus explicatè scripsisse quàm priores.

18.

Pag. 10. Legatorū munus & officiū esse ait, planis & disertis verbis voluntatē eius, à quo ablegati sunt declarare : non verborum involu-
lucris

lucris suspensos reddere auditores simplices,
aliud verbis pmittere & polliceri, aliud mēte
reconditum occultare. Arguit igitur re ipsa
Lucam & Paulum *ωραπαρεβειαβ*, quasi mi-
nus fideliter legationis sibi concreditæ officio
functi fuerint; cū pag. 17. tropicē & sacra-
mentalitet eos locutos esse scripsit: aut turpi-
ter sibi ipsi contradicit, Sacramentales locuti-
ones habens pro verborum involucris.

SED sufficiat, haftenus vel paucis hisce ex-
emplis, ostendisse, quā nullo jure Marba-
chius Refutatiois titulum p̄fixerit libro suo,
& quā multis cōtradictionibus se ipsum in-
voluerit, in primo statim controuersia mem-
bro explicando. Nunc de altero, videlicet, de
modo praesentiaē corporis Christi, quomodo
aut consentiant aut dissentiant Marbachiana ab
ijs, quæ in Tractatu meo exposita
sunt, videamus.

*SVMMA ASSERTIONVM
mearum in secundo membro contro-
versiaē de Cæna.*

HAs enim assertiones de praesentia corporis
Christi in cæna argumentis firmis & per-
spicuis munitas ac confirmatas Tractatus ha-
bet pag. 237. & deinceps.

i. quod

1. Quod coniunctio corporis Christi cum pane non sit alia, quàm sacramentalis, id est, quòd non mutetur substantia panis, neq; corpus Christi in panē includatur, neq; substantiæ duæ panis & corporis, uno eodemq; loco copulentur: Sed ut exhibitio panis in usu legitimo sit testificatio de exhibitione, seu coniunctione corporis Christi, ad legitimè hoc pane utentes.

2. Quòd κοινωνία seu communio corporis Christi ad hominem legitime Cœna dominica utentem referēda sit: Contra verò, quòd falsa sit opinio de præsentia substantiali corporis sub pane aut speciebus panis; Itemq; de substantiali copulatione imaginarij cuiusdam corporis Christi, & panis Eucharistici.

Neutram istarum assertionum falsitatis convincere Marbachius potuit, ac potius earum veritatem agnoscere cogitur. pag. 102. his verbis: Coniunctionem corporis Christi cum pane, nō esse aliam, quàm sacramentalē; Et κοινωνίαν seu communionē corporis Christi ad hominem legitime cœna dñica utentem referendam esse, Nec Nos inficiamur.

Quòd autem aliter à se ista exponi & intelligi ait, quàm ab ijs quos aduersarios nominat, in eo causæ suæ morbum ipse prodit, & calumniæ studium, quàm textit, ex ambiguitate

tate locutionis à quibusdam usurpatæ de ab-
sentia corporis Christi tanto interuallo, quan-
to cœlum à terra distat : Quæ nequaquã op-
posita est veræ & viuificæ præsentia ac cõmu-
nioni corporis Christi, sed præsentia fictitiæ,
quodad situm loci in his terris.

Quam re ipsa defendens Marb. (utcunque
verbis negare conetur) rursus infinitis cõtra-
dictionum labyrinthis se involvit.

EXEMPLA CONTRADICTIONUM
Marbachij in altero membro
Controuersia.

1.

Nam pag. 102. Controuersie statum, inquit,
se ac suos in Modo præsentia corporis Christi
neq; agnoscere, neq; ponere. Atqui nõ inficia-
tur eadẽ pa. ut modo citavi, cõjunctionẽ cor-
poris Christi, cum pane, non esse aliam, quàm
sacramentalem : & Communionem corporis
Christi, ad hominem legitimẽ utentem Sacra
Cœna referendam esse. Hic verò ipse est modus,
hic ordo veræ præsentia & cõmunionis corporis
Christi, & hũc qui in sacra cœna agnoscit, is nõ
potest non aliquem modum præsentia agnos-
cere & ponere, eumq; discernere ab alijs ficti-
tius modis, qui cum vera & viuificapæsentia
Christi pugnant

2.

Pag. 116. De vera Christi, id est, essentia
C corpore

corporis Christi præsentia, an illa ad elementa
an verò ad hominem sit referenda, nulla inter
nos est controuersia. Et, utinam verè & ex a-
nimo corpus & sanguis Christi Homini uten-
ti legitimè hoc sacramèto, præsens esse aduer-
sarij concederent, esset ad piam concordiam
facilior via & ratio. Item pag. 118. Extra
controuersiam est, pmissionem Christi ad ho-
minem, Non verò ad signa esse referendam.

Sed mox corrumpit ista, addens: Neminem
ex suis esse, qui unquam negauerit promissio-
nem Christi de præsentia corporis sui, Præci-
puè, Primò & Proprie esse referendam. Quod
perinde est; Ac si verba pmissionis diceret pri-
mario ac præcipuè ppter hominem recitari,
Secundario autè propter Symbola, quæ cum
sint res brutæ, nec promissionis, nec cõmunio-
nis Christi capaces sunt.

3.

Subinde negat, quæstionem esse de præsen-
tia corporis Christi ad panem. Nam pag. 74.
Controuersiam ait, non esse inter se & aduer-
sarios de præsentia, qua pani p̄sens sit corpus
Christi, sed qua Nobis p̄sens sit, & pane nobis
legitimè sacramento utentibus tanquam me-
dio & instrumento à Deo ordinato māducan-
dum exhibeatur & communicetur.

Alibi verò contendit necessariò ad panem
statu-

Statuendam esse præsentiam ipsius essentia corporis Christi, quia Panis sit organum seu medium exhibitionis illius. Si, inquit, pag. 119. Symbola panis & vini media sunt & instrumenta, non potest negari, Symbolis quoque, licet ad ea promissio præsentia corporis minimè sit referenda, corpus Christi esse præsens. Et pag. 121. præsentiam corporis & sanguinis ab his medijs nõ excludendam esse ait. Quasi vero negetur ratio organi seu medij, in cuius utu sit rei signata exhibitio, nisi res signata ipsi medio uniatur substantia sua: perinde ut in poculis vino plenis, aut patinis etca repletis fieri oportere scimus: At longè alia ratio est medij Physici, & Symboli sacramentalis.

4.

Pag. 16. in uno eodemque paragrapho contradictionem ponit: Licet Christus totidem verbis & syllabis Non promiserit substantialem præsentiam corporis sui in pane: Promisit tamen veram corporis sui manducationem. Quæ veram & substantialem corporis ipsius præsentiam necessario præsupponit. Hæc verò fallacia consequentis est. Et cur alibi Sacramentalem, non Substantialem præsentiam in pane se ponere dicitur?

5.

Nam pag. 86. fatetur doctores suos uti his

C 2

100

terminis: Corpus Christi in vel sub pane esse corporaliter & substantialiter. At pag. 84. ob unionem sacramentalem, inquit, signi & rei signatae corpus Christi dicitur esse in pane: Quia in legitimo usu huius Sacramenti signum & res signatae sunt unitae sacramentaliter. Quod si sacramentaliter corpus in pane esse dicitur, quomodo substantialiter?

6.

Pag. 140. Nos aliam in hoc mysterio nec agnoscimus, inquit, nec profiteamur unionem, quam talem, qua datis Symbolis, re vera exhibeatur, accipiat, & manducetur res signata. At alibi passim ipsius signi & rei signatae ponit unionem Arcanam & ineffabilem. pag. 69. 69 & c. Et sic mysticam quoque unionem, & mysticas locutiones (quae non aliae sunt quam sacramentales) definit, quod idem sint, quod ignotae & incomprehensibiles.

7.

Pag. 119. Concedimus praesentiam specialem filij Dei in verbo & Sacramentis non esse diuellendam ab actione & efficacia ejusdem. Et pag. 120. Nemo est qui neget actionem & efficaciam Christi in Sacramentorum usu ad hominem pertinere. Cur igitur praesentiam Christi ad ipsa symbola quoque pertinere disputat, in quibus neque actio neque efficacia
Chri-

Christi statui potest aut debet?

8.

Pag. 127. & sequenti Rectè negat Vllam fieri corporis à sanguine separationem, Nullam etiam fieri amplius ait, effusionem sanguinis. Et tamen seorsim corpus in pane, seorsim sanguinem in calice sumi contendit, idque corporaliter.

9.

Negat pag. 86. se ac suos, terminis corporaliter & substātaliter modum præsentiæ exprimere, quem ineffabilem esse testentur: Interim verò spiritualem modum præsentiæ ac perceptionis corporis Christi in cœna rejicit, disertè testantibus orthodoxis, se vocè Spiritualiter non referre ad objectum, id est, ad spiritum Christi tātum: sed ad ipsum corpus spirituali modo participandum, cuius participationis obsignatio sit, externa symbolorum perceptio.

10.

Pag. 90. Ait me agnoscere & profiteri veram & substātialem rei signatæ præsentiā, eo ipso, quod Tract. pag. 221. Sacramentalem unionem definiam, eam esse, qua signum ordinatum sit, ad testificandum de certa exhibitione rei signatæ in usu signi legitimo.

Pag. etiam 104. ipsos aduersarios, inquit, nō statuere velle nuda & inania signa, respectu
sub.

stantiæ corporis Christi: Neque admittere, quando ipsis obijciatur, eos verba promissionis Christi non de essentia ipsa, sed de efficacia tantum, virtute, merito, passione, & morte Christi intelligere, Atque hinc infert nostra ipsorum confessione ipsam essentiam corporis Christi in legitimo usu Eucharistiæ esse verè præsentem; Verè præsentem offerri & exhiberi.

Quorsum igitur calumniæ toties à Marbachio alibi inculcatæ, quasi negetur à nobis vera præsentia corporis Christi in cœna? Quorsum sententiæ nostræ refutatione frustra instituit?

II.

Verba quæ extant in consensione Tigur. & Geneu. (Quia corpus Christi, ut fert humani corporis natura & modus, finitum est, & cœlo continetur: necesse est à nobis tanto locorum interuallo distare, quâto cœlum abest à terra) plus centies Marbach. repetit & exagitat: Et pag. tamen 75. Caluini verba ad Bucerum ipse citat, quæ ostendunt, verbis illis nõ communionem corporis Christi nobiscum negari, sed præsentiam tantum fictitiam, quò ad situm loci in his terris: Nempe, inquit, ut clarè exprimeres, Te Locorum distantia, Christum à nobis, qui in mundo sumus disjungere. Quid? quod pag. 104. ex Theodoro Beza hæc verba

verba citat: Fidei esse presentissimū, quod tanto locorū interuallo sit disjunctissimū: Vnde Marbach. ipse infert, necessario sequi: Ipsam dubiā corporis Christi, Nobis quoq; esse presentem: Quia fides non sit extra nos, sed in nobis. Quorsum igitur calumniæ? quorsum rixæ perpetuæ ex verbis Caluini in alium prorsus sensum detortis?

12.

Pa. 121. Nos, inquit Marb. substantialē copulationē panis & corporis Christi minimè defendim⁹. Et pa. 85. Falsam opinionē nominat statuere, corpus Christi esse in pane tanquā in latibulo; Propterea quòd præsentiam talē statuat, qua corpus Christi tanquam contentum in pane continente, & tanquam loco corpus eius ambiente. i. circumscribente, contineatur. Quam localem corporis Christi præsentiam sui semper improbarint. Negat etiam se ponere latitationem occultam corporis sub pane, pag. 90. Item impanationem & copulationem talem, qua signū & res signata, una ex duabus essentijs composita, & per se atque absolute existens massa vel ὁπισθεν αἰσθητῶν constituitur. pag. 72. Negat item se statuere in-existentiam corporis Christi in pane. pag. 76. Negat se dicere, Corpus Christi adesse ad locum panis, & pane contineri, pag. 138.

Nec

Negat se naturam huius Sacramēti in substantiali, momentaneā & inefficacem copulationem signi & rei signatæ transformare. pag. 65. Negat præsentiam substantialem corporis ad eum locum ubi panis est. Itemque copulationem talem qua symbola & corpus ac sanguis Domini loco ipso inter se conjuncta sint. pag. 102. 111. 113. &c. Hæc igitur toties iterata protestatio Marbachij si vera est, Et si falsas esse imaginationes illas seriò sentit, quibus Consubstantiationis dogma notatur atq; describitur: Cur argumenta ea impugnat, quæ in Tractatu ad negandum hunc ipsum modum præsentia directæ sunt? Cur refutationem objectionum ferre non potest, quæ pro defensione substantialis copulationis duarum substantiarū panis & corporis Christi in uno & eodem loco, afferuntur?

32

Urget perpetuò panem non esse signum corporis absentis. At Orthodoxi euidenter docent, se nō omnimodò absens statuere corpus Christi, sed tantum, quo ad loci distātiā. Cū igitur ipse agnoscere se neget, præsentiam ad locum panis, & inexistentiam & coexistentiam corporis, in & cum pane quo ad locum: Quid nisi magnificas nugæ tractat, cōdemnans Ecclesias orthodoxas, quia talem præsen-

præsentiam non agnoscant quæ sit inexistentia in pane Eucharistico?

14.

Pag. 149. approbat hanc explicationem: Cum pane adesse & exhiberi corpus Christi, in Tractatu pag. 3 14. disertè positam: Quòd videlicet, non significet coexistentiam in uno & eodem loco, vt si dicas: Cibum præsto esse cum olla seu patina continente in se cibum, aut vinum Cum cantharo: sed exhibitionem certam testificatam externo Symbolo panis Eucharistici. Tantum postulat dici, quòd panis non tantum sit testimonium, sed etiã medium & instrumentum exhibitionis.

Id verò & ipsum in Tractatu expresse à me positum est, pag. 46. 48. 58. 108. &c.

Tam igitur causam non habet Marb. altercandi cū orthodoxis de vera præsentia & exhibitione corporis Christi, quàm nullã causam habet; si aliter phrasin illam explicet, negandi, quod consubstantiationem seu coexistentiam statuat corporis cum pane, quàm verbis magis quàm re ipsa remouere à se toties conatur.

Verùm satis sit, exemplis hisce ostendisse, de altero quoque controuersie membro, quàm in suis contradictionibus conciliandis elaborandum fuerit Marbachio porius quàm temere

merè occupari in refutatione eorum quæ vel
apertè, vel ex consequenti probare cogitur,

SYMMA ASSERTIONVM
Tractatus, de manducatione corporis
Christi in Cæna.

DE hoc postremo membro, controuersias
de Cæna Domini, ostendi pag. 324. & de-
inceps, argumentis firmissimis; simul autem
& obiectionibus, contrarijs euidenter refuta-
tis: corpus Christi in propria sua substantia,
id est, ipsissimum Christi corpus in Ora su-
mentium nõ ingredi: Neque communionem
huius promiscue seu communiter ab impijs et
pijs: sed Animo tantùm fideli etiam in ipso
usu externi Symboli percipi.

Deinde non plura genera manducationis
in cæna Domini esse, quàm sacramentalem,
quæ & oralis, & externa, & corporalis, & visi-
bilis, & proptè loquendo ad Symbola refe-
renda sit: Et spirituales, quæ sit interna, &
inuisibilis, & per fidem fiat, & ad communio-
nem ipsius corporis & sanguinis Christi, pro-
priè pertineat, etiã cum foris symbolum hu-
ius, ore corporeo accipitur.

Deniq;, quod impij qui planè expertes sunt
verè fidei, non percipiant corpus Domini pro-
priè

prie & sine figura sacramentali loquendo.

*Marbachij de orali manducatione ipsissimè
Corporis Christi opinio prophana.*

Hic verò Marbachius apertè contrarias hypotheses Ecclesiæ obtrudere audet: quas ipsius verbis recitabo, ut appareat, quàm sine verecundia patrocinetur dogmati Pontificio, quod Nicolaus Papa, Berengario præscripsit: Non tantum in Sacramento, sed etiam revera corpus Christi tractari manibus sacerdotum & veri dentibus. Quod cum sub finem tractatus citassem, adeo ab eo nõ abhorruit Marbachius, ut nec verbum unum respondendo opponeret. Pagina igitur 154. Reliquum est, inquit, ut doceamus ipsam substantiam corporis & sanguinis Christi, ipso ore accipi, manducari, & bibi.

Pag. 180. Non tantum duas significationes esse verbi Manducare & Bibere, unam propriam, de signo tantum: Alteram impropriam de re signata tantum: Sed tertiam quoque significationem ponendam esse (quam sacramentalem ipse nominat, longe alio sensu, quàm scriptores veteres) qua non tantum de signo, sed etiam de RE Signata ob unionem sacramentalem in legitimo Eucharistiæ usu prædic-

diceretur propria significatione verbi Manducandi.

Pag. 144. Ad terrenam & corporalem & externam actionem referimus non tantum symbolorum, sed etiam rei signatae perceptionem.

Pag. 184. Manducatio corporis Christi non est restringenda ad fideles tantum: sed in legitima Eucharistiae administratione, quemadmodum mandatum, Ita & Promissio addita, est referenda ad omnes siue fideles sint & digni, siue infideles hypocritae & indigni: modo reliquo coetui communicantium sese externa professione conjungant.

Hæ igitur Marbachij sunt de Manducatione corporis Christi nimis inuerecundæ asseuerationes, in quibus tuendis, suarum ipse contradictionum laqueis se implicat.

Contradições Marbachiane de manducatione orali.

Nam pag. 116. Viuificam, inquit, præsentiam Christi (atque ita etiam manducationem) referendam esse ad hominem credentem concedimus. Nemini enim corporis Christi in legitimo usu S. cænæ præsentia (adeoque etiam manducatio ipsa) vere est viuifica, nisi idem verè sit fidelis: Similiter concedimus
Chri-

Christum in legitimo usu Eucharistiæ cre-
dentes pascere & nutrire corporis & sangui-
nis sui participatione. Idque intelligimus de
substantia corporis & sanguinis ipsius, non de
virtute & efficacia tantum.

Proferat ergo nobis Marbachius promissi-
onem Christi, qua pollicitus sit, ipsam sub-
stantiam sui corporis cõmunicaturum se esse
Ori fidelium & infidelium: Et quod ejusdem
corporis cõmunicatio: alia viuifica sit & sa-
lutaris: alia mortifera & exitialis: Aut si pro-
bare ipsius corporis communionem diuersam
non potest (Nam de Symbolorum usu & effe-
ctu dissimili controuersia non est) desinat, &
Christo & sibi ipsi tam turpiter contradicere,
contra expressam Christi asseuerationem, quæ
non minus in usu cœnæ, quàm extra cœnæ
usum verissima est: Quicumque edit carnem
meam, & bibit sanguinem meum, habet
vitam æternam, & manet in me, & ego in eo.

Quàm crassa verò hæc cõtradictio est, cum
Marbachius pag. 180. ait, Propriam signifi-
cationem verbi Manducandi, (propriam in-
quàm) prædicari non tantum de Symbolis,
sed etiam de re signata .i. de ipsa essentia cor-
poris Christi. Mox verò pag. 181. negat
hanc manducationem esse naturalem, ideoq;
Capernaiticam non esse contendit. Quid est
autem

Autem Manducatio propria significatione accepta, quàm naturalis manducatio? Et quid in Capernaitis aliud reprehèditur, quàm quòd ad literã, seu propriè intellexerint verba Christi de Manducatione carnis ipsius, atque inde scandalizati fuerint?

Præterea quid est, quòd Marb. pag. 154. & deinceps, Manducationem oralem ejusmodi statuit, quæ nec Physica sit, nec spiritualis: sed chimæra ex utraque conflata, & neutrius tamen speciei: Quæ cætenus Physica sit, quatenus subintelligatur sub voce Manducandi, instrumentum manducationis, os corporeum: Eatenus autè supernaturalis, quatenus intelligantur alia Physicæ & propriè acceptæ manducationis requisita, ut sentiri, masticari, concoqui, converti in nutrimentum & substantiam corporum nostrorum. Quam definitiõnem manducationis propriè, non propriè sic dictæ, haud alio argumèto probat, quàm quia Christus dixit, Manducate: non dixit, Masticate, traicite in ventriculum: Quasi ex eodem argumento non perinde sequatur: Etiam panem nos non edere, ut masticetur, & in ventrem traiciatur, quia Christus hæc non expresserit, sed tantùm dixerit, Accipite, Manducate.

Denique cùm negat Marbachius propriam signi-

significationem verbi Manducandi, rectè de-
scribi, si præter oris corporei receptionem,
Compræhendere simul dicatur masticatione
Linguae & dentium & deglutitionem seu tra-
jectionem in stomachum, & digestionem in
ventriculo, Quid nisi receptæ apud omnes
sanos loquendi Consuetudini contradicit?
Sed & sibi ipsi aduersatur, cum inquit, Pro-
prie Manducare nihil aliud esse, quam in os
aliquid recipere: eoq; recepto, nutriri. Num
enim cibus vllus nutrit propriè loquendo, qui
intra os saltem recipitur, non etiã digeritur?
Cur autem sicco pede tranſiit, quod tractatur
Pag. 361 legere, non autem refellere potuit.
Ore tantum accipere: non etiam dentibus &
Lingua masticare, & in stomachum trajcere
non est edere: Vt aerem intra os & nares hau-
stum, nemo dicitur comedere.

Quòd si terrenam, corporalem, externam
actionem rectè se existimat ad rei ipsius signa-
tæ perceptionem referre. pag. 144. Cur non
eandem, visibilem quoq; & sensibilem & pala-
pabilem esse, apertè faterur? Præsertim cum
D. Lutherus ipse, in confes. maiori sub titulo
de Ident. præd. pari loco habeat, ore come-
dere & dentibus masticare, & oculis cernere
Christi corpus: Et Scriptores veteres, pariter
eodemq; modo dicant, corpus Christi ore ac-
accipi.

cipi, in partes diuidi, oculis cerni, manibus
palpari, dentibus premi, &c. Quæ si in Pro-
pria significatione ad ipsissimam essentiã cor-
poris Christi congruere Marb. putat, quem-
admodum de propria significatione verbi mãs
ducandi temere pronunciat: quid nisi Caper-
naismum in Ecclesiam invehet?

*Indicia Animi αὐτοῦ καὶ ταπεινοῦ in
scripto Marbachij.*

Sed ad recitanda Paradoxa Marbachij, in hoc
ipso, & præcedentibus cõtrouersiaẽ membris,
commodior se postea locus offeret. Nunc, vt
cæpi, breuiter persequar indicia animi haud
satis ingenui in Marbachio, vel conscientiaẽ
potius in semet ipsa confusa, quæ passim con-
spicienda se præbent in conatu infelici Re-
sponsum ipsius, ad argumenta mea, quas
Refutationis tamen titulo ornare ipsi placuit.

Inter ea indicia sani omnes intelligunt va-
num hoc esse, vel ex præcipuis, de quo dixi
hactenus, Quod, in quibus re ipsa mecũ con-
sentit, ea tamen oppugnare audet, in morem
rixatoris illius apud Aristophanem qui glori-
atur, omnia se contrarijs sententijs perturbare
solitum esse.

An negare enim potuit? Dianã & inter-
pretati-

pretatione sententiæ in verbis cœnæ opus
esse? Panem Eucharisticum nõ propriè & sim-
pliciter, sed sacramentaliter esse corpus Christi?
literalem sensum ne quidem ab ijs ipsis reti-
neri, qui de eo maxime gloriantur? Synecdo-
chen qui ponat, eum tropum aliquè ponere?
Sacramentalem ac figuratam locutionem spe-
ctari, non semper in singulis vocibus, sed sæpe
in modo ipso prædicationis? Metonymicam
locutionem esse, non cum una saltem voce
usurpata, signum ponitur pro re signata, sed
etiam cum res signata signo ipsi attribuitur?
Non nudam significationem, sed exhibitionem
ipsam rei signatæ, & quidem præsentis, per Me-
tonymiam sacramentalem intelligendam esse?
Synecdochen etiam sacramentalem sic acci-
piendam esse, non qua corpus Christi in pane
contineri, sed qua dato pane Eucharistico cor-
pus ipsum intelligatur exhiberi sumētibus in
cœnæ usu legitimo? Inusitaram prædicationem
qua significetur substantialis copulatio cor-
poris cum pane aut inexistentia, in hoc myste-
rio seu sacramento locum nullum habere?

Hæc ergo potuitne ullo fundamento labe-
factare Marbachius? aut si arrodere alicubi
conatus est, annon idem ei accidit, quod in fa-
bulis feli rodenti limam ferream cõtigisse fero-
tur, ut ferro inviolato linguam suã feles sauo-

D ciari

ciari atque absumi tandem sentiret?

Annon verò & vnionem corporis Christi cum pane fateri coactus est, non substantialē copulationem esse, sed sacramentalem? Ideoq; præsentiam ac communionem ipsam corporis & sanguinis Christi in cœna non symbolis affigendam, sed ad hominē legitimè symbolis externis utentem referendam esse?

Denique ipsi corpori Christi, potuitne verè ac propriè illa attribuere, quæ vox ipsa Manducationis (quæ ore corporeo fit, & qua corpus nutritur) in propria sua significatione complectitur?

Tuam ergò Conscientiam hîc appello Marbachi, & iudicium tuum ipsius requiro, ac postulo: Si revera hoc sentis, quòd veritas tibi toties, vt fatearis, exprimit: quam quæso oppugnandi tractatus causam habuisti? in quo capita præcipua vel palàm approbare, Vel illis ipsis tuis contradictionibus vera esse, volens nolens fateri cogeris?

Quòd si etiam verè negas, te tuosq; ea docere, quæ in Tractatu refutantur illis contraria: cur hanc contrariorum illorum refutationem oppugnare molitus es, quæ ad te tuosque pertinere non vis?

Cuius uero animi ac conscientia signum est, quòd ad argumenta mea responsurus, toties illa

ries illa mutilas ? roties immutas ? roties con-
clusiones illorum pervertis ?

Quæ est autem ingenuitas , quod scopum
tuarum responsionum ad ea ipsa non dirigis,
quæ sunt in meo Tractatu, quem refutandum
tibi sumisti ? Cur controversa roties dissi-
mulas ? cur confessa pro controuersis sumis ?

Cur tam multa silentio præteris ? cur elu-
sionibus præcipuorum argumentorum varif-
simis , fucum Lectori facis ? cur extra Oleas,
quod dicitur , vagaris ? aliena ab instituto sæ-
pissimè afferens ; Cur principium subinde
petis ? hypotheses falsas & minimè tibi con-
cessas pro veris ac confessis assumens ?

Cur cavillando, obtrectando, calumnian-
do sententias Orthodoxorum depravas ? Cur
quæ ipse palam & sæpè fateris , si dextrè intel-
ligantur vera esse : Sinistrè interpretando dam-
nas ? Cur quasi prædo in mari verborum, Vt
est apud Aeschinem , navigans , voculas &
phrases ambiguas hinc inde ex scriptis aliorū
captas ? quas in Tractatu à me vsurpatas esse
nusquam monstrare potes ? In quibus tu ta-
men , dum pro libitu tuo in alium atque aliū
sensum eas detorques , insolenter te effers , &
quasi jam debellaueris, trophæa tibi ipsi mag-
nificè statuis ?

Exempla istarū fraudum omnium ascri-
bere

bere nimis prolixum foret, quæ lector non
ptorsus hebes, nec plane negligens ex collati-
one tractatus & libri Marbachiani sine mag-
no labore, sponte sua, animadvertet.

Stupidum certè aut valde imperitū contro-
versiarum arbitriū esse oporteat, qui non oculis
videat, non manibus palpet? Quàm saepe
argumenta pro defensione orthodoxæ senten-
tiæ à me allata Marb. non bona fide recitet,
sed corrumpat, atque obscuret, vel mutilatim
allegando, vel in aliam atque aliam formam
transmutādo, vel conclusiones alias pro meis
substituendo? Quàm saepe item in toto libro
suo controversiæ statū proprium mutet? quæ
controversa non sunt, cum controversis mis-
ceat? Quàm multa in meo tractatu sicco
pede transfiliat? Quàm ad pleraq; Sic respon-
deat, vt non refutatio ulla nervosa ac solida
sed elusiones manifestæ cōpareant: tum quia
à proposito saepe digreditur, quoties non ha-
bet, quod pro se vel in speciem probabile affe-
rat: tum quia ex suis quibusdam cōmentitijs
hypothesibus fundamenta cariosa & putria
laboranti causæ suæ substruit: tum etiam,
quia calumnias saltem confectatur, desump-
tas aut ex depravatione nostrarum sententia-
rum, aut ex recepta apud suos conuiciandi
Orthodoxis consuetudine.

Exempla

*Exempla calumniarum in libro
Marbachij.*

VBI enim in Tractatu meo reperit : ubi in
aliorum Orthodoxorum scriptis legit?

Quòd Christus *mnemcsynon* saltem absentis
Corporis sui instituere, & in Testamento legare vo-
luerit. Pagina 9.

Quòd nostri pro rei signatæ veritate signum rei ab-
sentis substituant. Pag. 42.

Quòd pro Sacramentorum nucleo putamina ob-
rudant : quòd contemnant & violent testamentum
Christi, Pag: 40 & sæpè aliàs,

Quòd Panis Eucharisticus, tantum sit Signum Cor-
poris Christi absentis. pag: 53. 55. & passim alibi.

Quòd inter signum & rem signatam tantum simi-
litudinem intercedere dicant, pag: 26.

Quòd propriam & genuinam singulorum verbo-
rum Christi significationem tollant, posita propositi-
onis totius interpretatione sacramentali, pag: 28.

Quòd Corpus Christi sejungant à vi & efficacia :
Et quòd Panis ministerio non ipsum Corpus Christi,
sed ejus tantum vim & efficaciam atque virtutem cõ-
municari dicant, pag: 83.

Quòd verbis Christi affirmatiuis. Hoc, quod acci-
pitis & comeditis, est Corpus meum, Orthodoxi sim-
pliciter negatiuam opponant, Hoc quod accipitis &
comeditis nõ est Corpus tuum, pa: 138 & sæpe aliàs.

Quòd verum corpus Christi negent distribui in
Coena. pag: 24. 26 &c,

Quòd simpliciter negent ipsam essentiam corpo-
ris Christi præsentem communicari. pag: 84.

Quòd oppugnent Orthodoxi veram præsentiam
corpo.

corporis & sanguinis Christi in legitimo usu Eucharistiae. pag: 110.

Quod negent in legitimo usu Eucharistiae rem signatam datis Symbolis verè præsentem exhiberi, accipi & manducari. pag: 140.

Quod falsum hoc dogma tueantur: vt rem signatam in ipso etiã legitimo usu cælo includant, quò minus nobis præsens esse possit & datis symbolis nobis exhiberi, à nobis accipi, & manducari queat pag. 140.

Quod negent vllius substantiæ veram esse præsentiam quæ oculis non sit subjecta. pag: 80, & deinceps

Quòd absentiam corporis Christi ad tollendam perceptionem rei signatæ referant. pag. 11 13 24 25 &c.

Quòd locutio ista (: quæ de situ corporis, respectu loci ab aliquibus usurpata est Corpus Christi tanto interuallo abest ab histerris, quantò cælum à terris distat) omnem veram præsentiam & communionem Corporis Christi neget, atq; aboleat: in singulis ferè pag. libri Marb.

Quòd (cum Orthodoxi de præsentia fide percipienda agunt, Rem signatam menti per imaginatioum saltem præsentem esse velint. pag: 124.

Quòd cum panem Eucharisticum dicunt Sacramentum, signum, antitypum corporis: Item pignus & medium communionis corporis Christi;) corpus ipsum in signum atq; antitypum sui ipsius: & communionem in pignus communionis transforment. pag. 18 37 42 & infinitis locis alijs.

Quòd cum dicitur, panem esse corpus Christi Sicut fractio panis est fractio corporis Christi, juxta hæc Pauli verba: Hoc est corpus meum quod pro vobis

bis

bis frangitur: prædicatū, quod Apostolus tribuit cor-
pori Christi, ad panem referamus; quasi dixerit Pau-
lus, Hic est panis qui pro vobis frangitur. pag: 19

Quòd cum Orthodoxi dicunt; In singulis Saera-
mentis certam aliquam partem beneficiorum Christi
RITV ipso velut repræsentari ac pingi: Nihil aliud
de tota actione ac promissione Christi, Hoc est cor-
pus meum sentiant, quàm panem esse imaginem seu
picturam tantum, quæ corpus Christi repræsentetur
Pagina 98

Quòd cum Orthodoxi definitionem Sacramenti
retinent, quod visibile signum sit rei invisibilis; negent
corpus & S. Christi esse rem signatam. Quia per na-
turæ veritatem ac proprietates essentialis sint visibi-
lia. pag. 99

Hæc & alia multa similia, cum meræ sint ca-
lumniæ, & si verum dicendum est, malitiosæ
depravatioes sententiæ Orthodoxorum: Mar-
bachius tamen, ut vulgi & imperitorū applau-
sum cieat, in Tragicas exclamations sæpè
multumque erumpit, quasi iam euicerit, hæc
sentire Orthodoxos: Cum quidem plerasque
has calumnias, in secunda Tractatus parte, di-
sertè atque expressè jamantè refutatas viderit,
ac legerit, neq; in suo libro refellere ullo præ-
textu specioso potuerit.

*Exempla ociosarum disputationum de ijs,
quæ utrinq; in confesso sunt.*

Vicina est autem calumnijs istis hæc fraus
Marba-

Marbachiana, quod tam strenue passim dis-
simulat illa, quæ proprie in controuersia hæ-
rent: De quibus autem controuersia nulla est,
ea subinde repetit, & verbis magnificis incul-
cat, ostentatque, Vt suspicionibus & inuidia
Orthodoxos oneret.

Quorsum enim declamitat toties: Quod
in singulis Verbis sit retinenda significatio pro-
pria, (quam nõ negant Orthodoxi, etsi prædi-
cationem impropriad agnoscunt) Quod cor-
pus Christi, cuius communicatio nobis pro-
mittitur, intelligendum sit de vero & essenti-
ali corpore Christi. Quod in testamento
Christi, retinendum sit legatum, id est, cõmu-
nicatio veri corporis Christi.

Quod illud ipsum corpus quod pro nobis
est traditum, sit res signata huius Sacramenti,
quæ accipienda & manducanda offeratur &
exhibeatur

Item, quod nos secum fateri iubet, pani nõ
tantum tribui absentis corporis Christi nomẽ,
Sed etiam pane, seu cum pane, rem promif-
sam, quæ est ipsum corpus Domini præsens ex-
hiberi & distribui. Pag. 59.

Quod de particulis In, Cum, Sub, non sit
ipse disceptaturus, si concedatur: Hoc quod
accipiendum & manducandũ præcipit Chri-
stus esse verum ipsius corpus pag: 59.

Quod

Quòd ad piam concordiam aditum dicie
perfacilem fore pag: 140 Si verè statuum :
De possibilitate præsentia, secundum sensum
& rationis nostræ iudicium non esse disputan-
dum : sed adorandã potius immensitatem po-
tentia diuinæ Christi, qua quod promittit in
verbo, & quod Sacramentorum institutione
obsignat, re ipsa, & efficaciter intus in nobis
præstet & operetur : Atqui hæc ipsa verba
sunt Tractatus, pag: 293: Quid ergo, quæ
controuersa non sunt, tanquã controuersa in-
culcat? Nam quod hoc me restringere ait ad
spiritualem vnionem corporis Christi cum fi-
delibus, quæ fiat etiam extra huius Sacramen-
ti vsum: In eo ipse impingit, merè Spirituale
communione corporis Christi nõ discernens
ab ea, ad quã foris accedit vsus Symbolorum,

*Exempla Thrasonicarum Prouo-
cationum.*

Quorsum verò prouocationes illæ tendunt,
quibus proferre me iubet, vel vnum aliquod
ex patribus testimoniũ, quod ipsissimũ Chri-
sti corpus proprie loquendo, non manducetur
ore, aut clarius explicari à me postulat, quæ jã
ante Tractatus in clarissima luce posuit.

Quod enim dixi, pag. Tract. 141. Vt ver-
bum

bum, ita etiam Sacramenta exhibere fidei accipiendas res signatas spirituales & cœlestes: jubet, ut me Ecclesiæ Dei explicem: an per res signatas intelligam ipsum corpus Christi pro nobis traditum, ipsum sanguinem Christi. Atqui de hoc in ipso Tractatu explicationes meas multoties legere potuit, ubi expresse affirmo, rem signatam in Cœna esse corpus & sanguinem Domini.

Nam quod ipse attexit: An has res suâ substantiâ & natura spirituales & cœlestes esse staturam: explicet ipse prius, quem Schwencfeldismum animo occultet, & audiet ex nobis, Corpus & S. Christi hoc respectu spirituales res in usu cœnæ nominari, quod, per fidem spiritali Modo à nobis percipiatur: etiam si substantia sua verè sit ac maneat corpus physicum, neq; vel in cœnæ institutione in spiritum mutatum sit neque post resurrectionem corpus & ossa habere desierit.

Potuitne verò clarius quidquam dici, ad hanc ipsam & alias, quas erroris sui opinione sibi fingit Marb. ambiguitates & obscuritates explicandas, quàm quod Tract. pag. 296. dixi: Eucharistiam constare re terrena & cœlesti, quatenus scilicet res vtraque simul accipitur, simulque præsens est in usu legitimo: etiam si **modus** acceptionis & præsentiae rei Vtriusq; sit
diu ex-

diuersissimus. Item. Sunt igitur Symbola
& corpus ac s. Christi vnà sic, vt simul, seu
eodem tempore vtraque percipiantur in vsu
Cœnæ diuinitus institutio: Non autem ita Vnà
sunt vt modus perceptionis, & locus præsen-
tiæ vnus & idem sit, Nam symbola tanquam
res terrenæ, naturali & terreno modo: Res cœ-
lestes supernaturali & cœlesti modo accipiun-
tur; Et illa quidem sensibus corporis nostris
præsentia sunt, per contactum corporalem:
Hæ verò fides & spiritui nostro præsentis sunt
in verbo promissionis.

Ex quibus ipsis verbis responsum sibi habe-
at Marb. cum pag. 147. id proprie quæri ait:
Cum in S. cœna, præbeantur non tantum externa
symbola, sed etiam res signatæ corp^o & sanguis
Christi: an res ipsæ signatæ, secundum mandatū
& promissionē Christi, datis & acceptis sym-
bolis vere accipiantur; corp^o Christi māduce-
tur, sanguis ei^o bibatur. Idq; eadem actione.

Cui prophani asseuerationi (certè enī pro-
phanitas est dicere corpus & sanguinē Christi,
Eadem actione manducari & bibi, qua actio-
ne manducatur & bibitur panis & vinum Eu-
charisticum) iamantē tractatus opposuit Cy-
rilli dictum in defensione anathem 11: Nūm
anthropophagian nostrum hoc sacramentum
pronuncias? Et **IRRELIGIOSE** ad crassas co-
gitationes

gitationes vr̄ges eorum qui crediderunt mentes, & humanis cogitationibus tractare attentas ea, quæ sola & pura & in exquisita fide accipiuntur,

Cum hoc Cyrilli dicto digladietur Marbachius, quantum volet, qui me pag. lib. sup. 159 & alibi sæpe prouocat, ut vel vnicum illustre dictum proferam, quo disertè & expressè orthodoxi patres negarint ipsam veritatem & substantiam corporis Christi ore corporis accipi & manducari.

Sed & conscientiam meã appellat pag: 182 vt citra ambiguitatem explicem, Quid Augustinus hac phrasi intelligat: Carnem & sanguinem Christi edere in Sacramẽto, quod & multi mali faciant. At Augustinus eodem in contextu mentem suam satis explicat: Multi, inquit, nobiscum manducant & bibunt temporaliter Sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta.

In Sacramento igitur edere, est Sacramẽta, siue symbola externa & visibilia carnis & sang. Christi edere, quod alibi Augustinus Sacramẽtotenus, corpus Christi edere nominat.

Idem apud Augustinum dicitur, cum inquit: Hæretici & Schismatici ab huius corporis vnitate separati, possunt idẽ percipere Sacramentum, sed non sibi vtile: Imò etiam no-

xiiii.

xium. De quo pag. 196. nominatim ex' me
querit Marbachius, quid per idem Sacramen-
tum Augustinus intelligat. At is se ipsum eo
in loco declarat inquiring: Sacramentum cor-
poris & Sanguinis Christi accipere & malus
potest. Corpus autem Christi manducare di-
cendus non est, qui in corpore non est Christi.

Ergo Sacramentum percipere, est de eodē
symbolo participare, ut Simon Magus eādē
ceremoniam Baptismi percepit; non autem
rei signatæ fuit particeps.

Eadem pag. 196. haud candidè facit Mar-
bachius, quòd vociferatur, contra conscientia
testimonium Vocabulum veritatis corporis
pro unitatis insertum à me esse, in allegatione
dicti Augustini, tractatu 26. Huius rei sacra-
mentum (.i. unitatis corporis & sanguinis
Christi) alibi quotidie, alibi certis dierum
intervallis in Dominica mēsa præparatur Nō
enim me, sed exemplarium, dissimilitudinem
accusare debebat, nisi affectui injustissimo &
iræ indulgere voluisset, de qua scriptum est:
Ira viri malum operatur.

At verò in quo nervus est argumenti, ut
discernatur Sacramentum, & res Sacramenti
in dicto Augustini (qui illud quibusdam ad
vitam quibusdam ad exitium. Hanc vero
omni homini ad salutem, nulli ad exitium su-
mi ait)

mi ait) de eo magis , quàm piscis mutus est
Marbachius, cujus conscientiam potiori iure
appellare possim: Cur evidentissima illa verba
eodem in Tractatu non attenderit? vbi Sacra-
mentalem manducationem Augustinus sic
describit, vt eam nequaquã oralem & tamen
praternaturalẽ esse velit secũdum Marbachij
somnia: sed qua carnaliter & visibiliter pre-
matur dentib⁹ Sacramentũ corporis & san-
guinis Christi & ad iudicium manducetur &
bibatur.

Postulat etiam Marba, pag. 198. discrimen
à me monstrari, quod sit inter panem Domi-
num, & panem Domini: At nulla híc causa
dubitandi est, quia panem Dominũ nominat
Augustinus, de quo Christus dicit Ego sum
Panis vitæ, ex quo qui manducaverit, viuet
in æternum, Et Panis quem ego dabo, caro
mea est quam dabo pro mundi vita. Panem
verò Domini intelligit eum, qui est Sacramen-
tum corporis Domini, non corpus ipsum es-
sentialiter, De quo qui indignè edit, iudicium
sibi comedit.

Addam verò ad Thraſonicam Marbachij
provocationem, etiam Augustini dictum,
Pag. 98. Contra imaginationẽ de manduca-
tione Sacramentali ejusmodi, qua Marba:
sinit Proprie, & eadem actione corpus & S.
Chri-

Christi, & Symbola accipi. Sicigitur Augu-
stinus: Non hoc corpus quod videtis estis
manducaturi, nec bibituri hunc sanguinem
quem effusuri sunt, qui me crucifigēt: Sacra-
mentum vobis commendavi, quod spirituali-
ter intellectum vivificabit vos: etsi necesse est,
illud visibile celebrari: optet tamen visibiliter
intelligi. Vbi hic Marbachij Eadem Actio,
in manducatione corporis & symbolorum?
Vbi de ipsissimo corpore & sanguine Christi,
significatio in verbo manducandi & bibendi
Propria, quā Marb. obtrudere Ecclesiae audet?

Qui quidem ad hoc ipsum dictum Augu-
stini (in Tractatu quoq; a me citatum) non al-
liud habet, quod respondeat pag: 176. quā
quod Augustinus doceat, spirituales corporis
Christi manducationem cū Capernaitica
non esse confundendam.

A Capernaitismo autem Marbachium non
tuebitur, quod de orali & tamen praternatu-
rali manducatione ipsissimi corporis Christi
nugatur: Cū orale & praternaturale Vni &
eidem subiecto tribui nō possint: Et nimis au-
dacter ipse affirmet, eadem Actione symbola
& corpus Christi māducari: Ipsam etiam mā-
ducationem in propria significatione de cor-
pore Christi usurpari. Qui idem Capernaita-
rum error fuit, cū Christi verba de mandu-
canda

manduca carne & bibendo sanguine Christi in propria significatione contra mentem Christi, acciperent.

Pag. 55. Id quod Christus, inquit, accipere & manducate iussit, aut est verum corpus ipsius, aut est signum tantum & figura corporis ipsius; Si est verum corpus, Ergo non figurate, de subiecto (hoc) dicitur corpus. Si est signum & figura tantum, ergo non ipsum verum corpus; sed quod figura est & signum tantum accipitur & manducatur. Huius conclusionis vim & veritatem ait Marb: me non effugituum, in quamcunq: me formam vertam: At vel pueri intelligunt, in priori parte dilematis omitti, quod (vt consequentia prioris argumenti valeat,) necessario ponendum erat:

Si est verum corpus (scilicet proprie & essentialiter) Sic enim sequeretur, Ergo non figurate In altera parte assui à Marb particulam Tantum: Cum Orthodoxi non de quovis signo aut figura, sed de signo & figura sacramentali loquantur, quæ simul est testificatio de exhibitione rei signatæ.

Thrafonice etiam Marbachius pag libri sui 164. me provocat, vt vel Vnicum authorem ex orthodoxa antiquitate proferam, qui in verbis institutionis cœnæ Quod pro quatenus exposuerit: Et eris nobis magnus Apollo, inquit,

inquit, ut qui Lynceis oculis in patribus id ob-
seruatis, quod ab antecessoribus hactenus mōs
strari minimè potuit. Heus tu verò, bone
vir, ubi quæso in eo, què ex Tractatu pag. 3 28
citas loco, reperisti hoc? quod mihi crimen
intentas? quali dixerim: Determinationem
hanc à Christo additam esse ut ab *vsu* cor-
poris Christi manducanda, ad percipiendum
Tantum efficaciam & meritum corporis sui
nos hortaretur: Imò verò vbi hoc inuenisti?
quod particulam Quò d, simpliciter in quate-
nus transformauerim, Equidem totam illam
clausulam (quod traditur pro vobis) scriptam
promissionem esse meriti & efficaciam Christi:
Ibidem verò scripsi, eandem clausulam etiam
descriptionem esse veri corporis Christi:

Sit autem nobis, vel Lutherus ipse (cuius
tu nomen patribus Orthodoxis omnib, ante-
ferre soles) Apollo ille magnus, quem requi-
ris, qui eandem, quã tractatus habet expōiti-
onē, quòd scilicet clausula illa etiã promissio-
nem contineat de applicatione meriti Christi
minimè veritus est Catechismo quoq; suo in-
serere: Essen vnd trincken thus freilich nicht
sondern die worde / so da stehen / sur euch geae-
ben vndt vergossen zur vergebung der sunden.
Welche worde sind neben dem Leiblichen essen
vndt trincken / als das Hauptstück im Sacra-
ments /

E

ments /

mence / vnde wer denselbigen Worten glaubet /
der hat / was sie sagen / vnde wte sie lauchen /
Nemlich / vorgebung der Sunden. Et rursus :
Der ist rechte wyrdig vnde wolgeschickt / der den
glauben hat an diese wort / fur euch gegeben
vnde vorgessen zur vorgebunge der sunden.
Item diese worde : Fur euch / erforderen euel
glaubige herten.

Intelligis Marbachi, quàm grauem dicam
sis meritis, quòd literam & sensum meorum
verborum (vt alibi quoq; sæpè facis) peruer-
tere ausus es : nihil veritus, ne falsi crimen tibi
impingatur, de quo scis, in qua causa ante-
hac ab Heidelbergensibus conuictus fueris.
Vide autem, ne te illi, quos tu Lutheranos
nominas, etiam impudentiæ arguant, quòd
locum illum in Catechismo Lutheri, per me-
um latus cõfodere conaris : Cùm scribis, sim-
pliciter falsum esse, quod dixi : Corpus Chri-
sti nõ absolutè nobis offerri, sed quatenus ad-
ditam habet promissionem meriti & efficaciz
Nam si secũdum Lutherum hæc verba : quod
pro vobis traditur, continet remissionem pec-
catorum, & fide accipienda sunt, Erunt certè
hæc ipsa verba, promissio quædam de applica-
tione meriti Christi ad credentes, quod
tamen in me tam insolenter insectaris.

EXEM-

EXEMPLA SOPHISTICARVM

Responsionum Marbachij ad
argumenta tractatus.

Sit autem tota illa responsio tua pag: 164 ad
argumentum integrum, quod ex tractatu meo
recitasti, vnū ex illis exēplis, quę ostēdunt quo-
modo soleas formas meorū argumentorū fins-
gere ac refingere, Vt vel eludere vel pro arbi-
trio & libidine tua exagitare possis. Non
enim hoc meum argumentum esse agnosco,
de quo tu ais, necesse esse, ut cognoscam &
concedam, hanc esse vim & mentem argu-
mentationis meę.

Quę non quō ad *usum*, sed tantū quō ad
promissionem meriti & efficacię offeruntur,
illa ore corporali non accipiuntur.

Corpus & S. Christi, non quō ad *usum*, sed
quō ad promissionem meriti & efficacię Tan-
tū offeruntur.

Ergo corpus & S. Christi ore corporali non
accipiuntur.

At verō & verba & sensum mei argumenti
peruertis, & hanc mihi sententiam falsissimē
tribuis, corp' & S. Christi, nō quō ad *usum*, sed
quō ad pmissionē meriti & efficacię offerun-
tur tantū. Nec puduit te etiam in precedētī
argumento pag. 63. laruam eiusmodi lectori

E 2 obtrus

obtrudere, ubi & pro conclusione mea, (quæ
fuit : Ergo fide, corpus & s. Christi percipim⁹,
u⁹ pote qua sola, etiam carnē & s. Christi nos
bis applicamus, quatenus sunt cibus & potus
ad vitam æternam) tu egregiam illam cōclu-
sionem tuam supponis : Ergo sola fides causas
percipit, Cur caro & s. Christi sint cibus &
potus : Quia fides sola has causas intelligit, &
sibi applicat, scilicet, ut nihil tecum pugnare
hanc argumentationem jactites : nihil etiam
commune huic argumētationi esse exclames,
cū doctrina de māducatione corporis Christi.

Exempla plura, quæ quidē innumera sunt,
prætereo volens, quæ ut nihil dicam durius,
frontem tuam atque audaciam ostendunt, in
mutandis argumentis Tractatus : vel ut falsas
mihi sententias affingas, vel cōclusiones, quas
ipse substituis, tuas tuorumque esse neges.

Elusionum verò Vanissimarum, quibus de
allijs, quod dicitur, interrogatus, de capis re-
spondere soles, Exemplum, mox sequens pa-
gina 165, suppeditat, ubi cū ad argumētum
meum respondendum tibi esset (corpus & s.
Christi illius partis in homine cibum & potū
esse, cuius sit fames & sitis) Tu ad aliena di-
labens, ociosè disputas, Christum mortuū esse
pro toto homine, id est, anima et corpore : Nec
corpori tamen famem & sitim illā spirituales

tribu-

tribuere audes: Etsi audacissimus es in prodigiosa illa asseueratione tua nobis obtrudenda (Corpus & S. Christi non tantum animæ, sed etiam corporis, at cur non etiam ventris? cibum esse Ideoq; non tantum ore animæ, id est fide, sed etiam corporis ore percipi.)

Quid verò nisi mera elusio est? cū ad ōnia argumenta, quæ substantiali inexistentiæ corporis Christi in pane opposita sunt, Sic respondes, vt neges ijs everti præsentiam & distributionem corporis in vsu Cænæ legitimo: Quasi hanc neget, ac non potius diserte atque expressè profiteatur Tractatus, in singulis ferè Paginis.

Sed & hæc elusio merè sophistica est, Cū argumenta quæcunque solvere nō potes, hoc axiōmate intempestivè allegato, repellere abs te conaris pag. 128. & passim alibi: In hoc mysterio (Sic autem nominas imaginationem tuam, quod corporaliter præsens sit in pane corpus, & in calice sanguis Christi) vt ratio se subijciat verbo necesse est, nisi rationis vsu in pelagus anplissimū errorum nos præcipitare velimus. At vbi verbum? vbi promissio Christi, quòd corporaliter in Pane corpus suum existere, atque ibidem occultare velit?

Similis elusio est, cū, quæ ex diametro articulis fidei, Itemque omnibus circumstan-
tibus

tis, institutionis Cœnæ repugnant, contradic-
tiones rationis esse ais, non fidei, videlicet,
quia fides tibi est opinio, quæ nullo profus
Dei verbo nititur.

Verùm tædet me ineptiarum istarum, qui-
bus tam futiliter ludit in Responsionibus suis
Marbachius, neque exempla plura talium af-
scribam, quibus Vniuersæ ejus responsiones
scatent.

Refero autem huc & cauillationes pueriles
quibus ludos sibi facit Marb. & applausum
sibi in suo Theatro ciet. Quid enim nisi
cauillatio puerilis est? Cùm argumentum hoc
Tractatus pag. 232. (In omnibus Sacramen-
talibus locutionibus res signata, per Mètonya-
miam sacramentalem prædicatur de signo:
Ergo & in verbis Cœnæ Domini) eludit exa-
gitando formam verborum, qua axioma lo-
gicum his verbis fortè recitavi (A genere ad
speciem valet consequentia vniuersaliter: af-
firmatiuè & negatiuè) Nam constructionis
ambiguitatem cupidè arripens, ironicè ait,
pag. 96. consulere me saltem Melanchtonis
Dialecticam debuisse, ut depræhenderem axi-
omatis illius limitationem: (A genere sine si-
gno vniuersali: ad speciem tantum negatiuè
quæuntur argumenta) Atqui si candor fuisset
in Marb. non contra meam mentem & scopū
totius

totius contextus ad prædicatum, sed ad subiectum axiomatis illius referre debuisset particulam Vniuersaliter. Hoc enim, nõ aliud dicere volui (Quòd consequentia à genere ad speciem vniuersaliter .i. cum vniuersali signo, affirmatiuè & negatiuè valeat.

Neq; verò in tractatu, reperit argumentationem illam quam pro argumèto meo supponit, cuius sensum & verba pro libitu mutat Non enim, Marb. more, ratiocinatus sum: Eucharistia est Sacramentum. Ergo specifica sua differentia à reliquis Sacramentis non differt. Imò verò Singulis Sacramentis sua quædam peculiaria esse dixi: In eo autem, in quo secundũ genus conveniunt, rectè & necessariò inter se Sacramenta conferri: Nulli etiã speciei Sacramentorũ tribui posse, ostendi, quidquid cum generali definitione & communi forma Systatica Sacramenti pugnet. Hæc nõdum refutauit Marbachius.

Sunt & hæc meræ Cauillationes: quòd cum dixi Christũ in Cœna instituisse Sacramentum nouum .i. præcepisse ritum nouum, eumque promissioni Euangelij prius notæ, tum primũ adunxisse: Marbach: pag: 99 calumniatur, Me expungere verba promissionis: Hoc c. c. m. qualis promissio nusquam prius patefacta sit in Euangelio, videlicet Apostolos manducando

manducando panem, manducare corpus Christi.
Quasi verò vel corpus aliud, vel eius ipsius
corporis in proprio suo subjecto manducandi
modum alium Christus in Cœna instituerit
quàm in concione Ioh: 6. docuit: Etsi in Cœ-
na demùm externam & visibilem manducati-
onem sanxit, quæ ad Symbola propriè loquē-
do pertinet, quæq; illius internæ & spiritualis
manducationis Sacramentum est & obfigna-
tio. Nam & de saluatione nostri per fidem in
Christum promissio in Euangelio prius tradi-
ta est in his verbis: Qui credit in filium, habet
vitam æternam; Etiam si accessit in Baptismi
instituzione ceremonia noua tanquam salutis
illius, & fidei nostræ obfignatio.

Sic cùm dixi: Nullam promissionem gra-
tiæ nouæ traditam esse in Sacramētis, quod ad
gratiã rei attrinet: Cauillatur Marb. pag: 100
Hoc modo negari promissionē eam, qua De-
us testetur, se visibilibus signis donare & ex-
hibere rem signatam: Quali vero opposita, ac
nō potius subordinata sint: promissionē gratiæ
in Sacramētis eandem esse, quæ sit in Euan-
gelio: Et tamen gratiæ diuinæ esse, quòd
Sacramēta alia atq; alia tradiderit, vt sint ob-
fignationes & media communicationis gratiæ
id est rei signatæ promissæ.

Eadem pag: cauillatur, vsum Sacramētorū
frustrā

frustrà in Ecclesia vrgeri, si verũ sit, quod dixi
velle Deum, nos contentos esse promissione
gratiæ in Euangelio tradita. Atqui ipse fa-
teri cogitur: Sacramenta instituta esse, vt
sint sigilla gratiæ promissæ in Euangelio
Quomodo ergo erunt sigilla nouæ gratiæ
(quò ad rem signatam attinet) ignotæ
Euangelio:

Passim cavillatur, quia Sacramentum ab
impijs percipi concedã: propterea etiam rem
signatam (quæ ad Sacramenti integritatem
pertineat) concedi eis oportere, videlicet lu-
dens homonymia vocis Sacramentj.

Sed dies me deficiat, si exempla plura elusio-
num Marbachianarum colligere velim: inter
quas vnus & alterius cavillationis obiter
mentionem feci, vt lector candidus intelligat,
solenne hoc esse Marbachio, vt cum ad rem
principalem respondere non potest, voculas
quasdam arripiat, quas dum ambiguè inter-
pretatur, caliginem oculis imperitorum of-
fundit, ne animum in præcipua controuersiarũ
momenta intendant.

Egregia vero illa refutandi ratio est, qua Mar-
bachius, quæ pervertere, quæ eludere, quæ
cavilla-

avillari non potest: Ea, tanquam obiecta ei
nō essent, silentio prorsus involvit? Sic enim
ad præfationem tractatus, Sic ad primā, atq;
etiam ad secundam ferè tractatus partem, ut
supra monui, nihil respondet: Sic ad contro-
versæ totius explicationem ex Brentij super
Ioan: exegesi à me allegatā: Sic ad responsio-
nes meas (quibus argumentarefutavi, quæ
contra mentionem prædicationis figuratæ, in
primisque contra Metonymiam & Synecdo-
chen Sacramentalem obijciuntur ab ijs, qui
prædicationem tamē propriam in verbis Cæ-
næ repudiant) nihil respondet Illam ad Wir-
tenbergicorum defensionem, has ad Hoffm.
libellos saltem rejiciens.

De Patrum etiam testimonijs (quæ in
Appendice Tractatus toties recusa, ad Sacra-
mentalem vborum Cænæ interpretationem
confirmandā recitata, & contra Hamelmanni
ineptias, Tubingæ excusas, ante biennium à
me defensa sunt) Simulat sese pagellas eas nō
vidisse: vel negans nota sibi esse, de quibus
palàm omnibus constat: vel seipsum fœcordiæ
affectatæ reum faciens.

¶ Quid dicam verò de particularibus multis
omissis à Marb. in quibus vis veritatis Lin-
guam & calamum eius repressit?

Nam quòd Melanthon hęc propositionem.
Flammæ

Flammæ in ore Apostolorum erant Sp. S. (cum qua pleriq, omnes verba cœnæ conferunt) ad figuratas prædicationes retulerit: Quod Erychreus ipsam Cœnæ propositionem, Hoc est corpus meum, tropicam seu figuratam nominauerit (pag: tractatus 62 & 86.) tacitus plane præterit Marb: quemadmodum & veterum loca, quibus modum (quo panis sit corpus Christi) eum esse dicunt, quo significantia & signata iisdem vocabulis censeantur pag: tractat: 16.

Sic silentio præterit, quod dixi pag: tract: 96. articulum fidei esse, cum Christus figurate inquit, nisi manducaueritis carnem meam. Item ego sum vita & resurrectio: Et pag: 116. Sacraméntales locutiones diuerso respectu plures tropos recipere posse. Et pag: 118 sæpè in modo prædicationis quoq; Metonymicam locutionem considerari. Vix autem molli brachio attingit, quæ pag. 209 de terra illa comparatione verborum Cœnæ cum hac propositione: Serpens erat diabolus objeci.

Silentio etiam præterit, quæ de dissimilitudine prædicationū de vnione personali & Sacramentali tractatus habet pag. 211: Et quæ ex Augustino allegantur pag: 113. & 114 de collatione harum locutionum: Corpus Christi in pane accipis: Et ibi vos estis in mensa & calice

calice? Et Christus quotidie imolatus in Sa-
cramento. Et quæ pag. 215 & 216. ad demō-
strandam definitionem τὸ πρῶτον à me posi-
tam, exemplis certis probatur ac declarantur.
Item quæ eodem in loco commemorantur de
inuitata prædicatione: Nimirum, quod in ea
ipsa propositione quæ fundamentum est aliarum
inuitatarum prædicationum, vbum caro factum
est, litera simpliciter retineri non possit.

Trāsilīit itē pleraq; quæ, 4. 5. 7. 11. & mul-
tis alijs argumentis de modo præsentia corporis
Christi in nobis, dicuntur pag: tract: 245
& deinceps, & rursus pag: 257 &c: Et quæ
Sacramentalis mādicationis descriptiones le-
gantur apud scriptores veteres pa: tract. 34 I.
& ibidem, quod hyperphysicum esse non
possit, quod physicum est: Item quæ per in-
stantiam ex verbis de calice objeci contra fal-
laciem illam conclusiunculam: Quod quia
panis corpus Christi esse dicitur, propterea
substācialiter ad loca panis & vini corp⁹ Chri-
sti adsit.

Sed quid me ipsum & lectorem recitatione
longiori defatigo eorum? quæ Marbachium,
cui propositum fuit, nihil in tractatu meo re-
linquere incontaminatum, vis veritatis tamen
silētio præterire coëgit. Quamobrē abrupto
Catalogo horū prolixiore: Concludam Re-
sponsi-

Sponſionem hanc, Elencho paradoxorū quorū
rundam inſigniorum Marbachij, quæ ſimul
oſtendent, mirum non eſſe, quòd cū nitatur
his partim falſis, partim dubijs aſſertionibus
ſuis, principium perpetuò in reſponſionibus
ſuis petere cogatur.

EXEMPLA PARADOXORVM
in libro Marbachij de Persona
Chriſti.

Pagina 35. & alibi paſſim, Corpus Chriſti
re ipſa diuerſum à noſtris corporibus facit,
prætextu vnionis personalis, & ſeſſionis ad
dextram patris: Item prætextu Hyperphyſico-
rum, quæ cum Antiphyſicis confundit: Veri-
tas corporis, inquit pag. 35. Non ex natura
& pprietate tantum corporis, ſed ex Maieſta-
te etiam eius, cuius eſt corpus, eſt æſtimanda.

Pag. 48. hæc duo inter ſe confert: Corpus
Chriſti concipi & naſci à virgine: Et inſentibi-
le eſſe & inviſibile. Et pag. 51. Corpus Chri-
ſti aſt Verum eſſe, etiam ſi ſenſibus non ſit ſub-
jectum.

Pag. 52. Neſtorianum eſſe pronunciat, op-
pugnare diſtinctionem inter corpus Chriſti,
quatenus eſt corpus filij Dei, & inter noſtra
corpora, quæ ſint merè ac pure naturalia, (Ni-
mirum fallaciam à dicto ſecundum quid cõ-
mittens

mittens; cum Nestorij quidem hæresis sit, negare, proprium esse soli huic massæ assumptæ ex virgine, quod unam cum Logo hypostasin constituat. At verò in substantia & proprietatibus perpetuis & prorsus immutabilibus discrimen inter corporis Christi & nostrorum veritatem statuere, haud dubiè Eurychianū sit,

Pag. 70. agrè fert in doctrina de vnione personali, allegari testimonia Scholasticorum, quos tamen de illa rectè sensisse constat.

Pag. 95. hac noua verborum teratologia utitur; Quam naturam in vnitatem personæ inseparabiliter assumpsit, huic vt personam; Ita & proprietates suas communicauit (Facit ergo diuersa, in vnitatem personæ assumere, & personam communicare.)

Pag. 105. Christi corpus in vnione personali negat necessariò subjectum esse legibus naturæ (quod ad proprietates attinet, visibile circumscriptum, sensibile (Tollit ergò gradum necessitatis definitionum, quem vrget Christus ipse Lucae 24. discernens corpus suum à spectro)

Pag. 117. reijcit regulam; Christum adesse in Ecclesia & toto Ministerio Vtraque natura, sed seruata cuiusq; proprietate, ac modo, Vtriusque conveniente ac proprio, & agente vtraque natura quod suum ac proprium est.

Ibidem

Ibidem, quia Christus expressit corpus & sanguinis mentionem fecit in promissione coenae Dominicae; Docuit omnino (inquit) in hac promissione minime ad naturarum discrimina respiciendum esse.

Pag. 119. Quia Christus corpus suum praesens exhibet, & communicare vult homini, anima & corpore suo, versanti in terris, necesse est, ut corpore suo caelo non contineatur. Atqui Lutherus ipse ad Heluetios scribit, Retinemus firmiter articulum fidei, Ascendit ad caelos, & ibi sedet ad dexteram patris, inde venturus est: Relinquimus autem omnipotentiae Dei quomodo corpus & S. domini in Sacra Coena nobis distribuatur &c.

Pag: 125 Quae cum PROPRIETATIBVS corporis physici organici pugnant; negat cum articulis fidei pugnare, sed tantum cum iudicio rationis & sensuum (Quasi verò articul' fidei nō sit, credere contra Eutychianos, in Christo proprietates corporis physici organici:)

Pag: 126 & deinceps ait, Paulum illa verba (Donec veniat) non restringere ad corpus. Venire autem interpretatur tantum de aduentu Christi visibili, qui nihilo minus in his terris corporaliter sed invisibiliter nunc praesens sit. Hac sophistica ibidem corrumpit dicta veterū citata Tract. pag. 274 Emisleni, Hieronymi, Theo-

Theodoret, Bernhardi, quòd apparitionem
saltem negét, .i. præsentiam corporis visibilem.

Pag: 129 abusus dicto Cyrilli (de transfiguratione Christi, cuius gloria oculis cerni nõ potuerit, Et quod à resurrectione in prima figura (sc: humili) apparuerit, id dispensationi, non debitæ corporis eius gloriæ ascribendum) Prorsus negat verum esse, quod Theodoretus inquit, Corpus Christi ad dextram Dei patris collocatum, priorem retinere formam, figuram, & circum scriptionem.

Pag: 130 Negamus eas proprietates, quæ ad naturalem Corporis veritatem ex ordinatione Dei requiruntur, inter essentielles proprietates veri corporis esse referendas. Illæ enim huius vitæ tantum sunt. Et mox Negat eandem Symmetriam, formam, & figuram, eademque lineamenta esse corporis Christi in gloria, quæ fuit, dum visibiliter inter homines conuerſatus est. Idque falso ex transfiguratione Christi in monte probare conatur.

Pag: 131 Ex Pauli dicto 1 Cor. 15 Resurget Corpus Spirituale, infert: Aliam non modo gloriam, sed etiam formam & figuram Corporum nostrorum futuram esse post hanc vitam, quàm quisque in naturali hac vita sit præditus.

Ibidem vt & alibi sæpe, distinguit corpus
natu

naturale & verum : Et alias dicit proprietates
esse corporis naturalis: alias proprietates essen-
tiales esse veri corporis. Item. Multò mi-
nus ait, cum veritate corporis pugnare : Cor-
pus esse inuisibiliter præsens locis pluribus:
quàm corpus finitum, & circumscriptum, esse
vnitum personaliter naturæ infinitæ.

Pag. 133. Locum Augustini tract. 50. de-
prauat: Corpus suum intulit cælo : Maiestatem
mundo nō abstulit. Hanc enim ad humanam
naturam detorquet, secundum quam hîc sit,
& mundum non deseruerit.

Pag. 137. VBI Quiritatem corporis vocat
Maiestatem corporis Christi ad dexteram Dei
patris exaltati.

Pag. 138. Non implicare contradic-
tionem: Corpus Christi, non sua natura proprie
loquendo, Sed quatenus Physicum est, esse vi-
sibile & sensibile. Ratione verò maiestatis &
gloriæ, ad quam est exaltatum, esse invisibile
& insensibile.

Pag. 146. Non repugnare veritati diuinæ,
ut idem sit corpus, quò ad Veritatem essentiæ,
& Non corpus, quò ad proprietates corporis
Physici & naturalis.

Pag. 149. In Vnionem personali : inquit,
causa & gratiâ Vnionis personalis Communi-
catam esse humanæ naturæ Omnipræsentiam.

Pag. 150. Idem esse, Ingredi clausis ianuis,
& per clausas ianuas.

Pag; 151. In Christo ambulante super aquas
Idem Corpus eius Actu ipso graue fuit: & ip-
so Actu leue: Illud quidem ex natura & pro-
prietatibus Corporis: hoc ex virtute diuina.
Item Ferrum natans in historia Elisei, simul
eodemq; actu graue fuit, quia natura sua ferra-
rum, quod graue est: & eodem Actu leue, quia
natabat.

Pag. 152. Idem ignis in Danielis historia,
vrens & non vrens. (At non in vno & eodem
subjecto. vrebat ministros regios: Non vre-
bat socios Danielis repressa & inhibita facul-
tate vrendi miraculo.)

Ibid. Corpus Christi respectu proprietatis
naturæ est in cælo: Respectu Communicatæ
in personali vnione maiestatis est extra cælum.
Item. Respectu proprietatis naturæ est visibi-
le, circumscriptum, palpabile: Respectu comu-
nicatæ maiestatis est quoq; inuisibile, insensi-
bile, incircumscriptum, (At maiestas illa, fi-
ctitia est: Et glorificatio naturam Corporis non
abolet.)

Ibid: Humanam naturam Christi inuisibi-
liter nobiscum versari, & VBIQVE esse contē-
dit, deprauato Ambrosij dicto in cap. 10. Lu-
cæ & confusis duarum naturarum proprietatibus.

Pagē

Pag. 152. Cum Corpus Christi nō tantum
sit verum Corpus, sed etiam unitum Logo:
minimè est absurdum, plures Essendi modos
de Corpore Christi prædicari (Atqui probet
prius, plures esse Corporis Christi essentias.)

EXEMPLA PARADOXORVM
*Marbach: De modis prædicationum &
interpretatione verborum Cœna.*

Pag. 9. Promissiones Christi in dubium voca-
ri ait, Si nō tam in vocibus simplicib⁹, quàm in
prædicatione seu attributionis modo Tropus
constituatur. Ibidè tropum & peregrinam
sententiam pro Synonymis habet.

Pag. 10. locutiones figuratas habet pro ver-
borum inuolucris, quibus aliud promittatur,
verbis, aliud mente reconditum occultetur.

Et Pag. 17. Aperta, plana & perspicua oppo-
nit obscurè & tropicè dictis.

pag. 29. & 89. Confundit propositiones
contingentes, quibus euentus miraculosus
describitur, cum prædicationibus inusitatis:
vt virgo est prægnans, Maria post partum mā-
sit virgo. Item Metalepticas pag. 30. Euan-
gelium est potentia Dei, Et Baptismus est la-
vaacum regenerationis, & stipulatio bonæ
conscientiæ. Et Sanguis Christi mundat nos
à peccato.

Pag. 55. negat in Theologia veram esse regulam: Talia sunt predicata, qualia permittuntur esse à subjectis, & vicissim. Alioqui Mariam virginem nunquam fuisse grauidam, Item Deum non esse hominem, nec hominẽ esse Deum. (Sed miscet intempestiue euentus miraculosos, cum ijs quæ sunt regulariter, de quibus regula Dialectica propriè loquitur.)

pag. 91. Verba mea sunt Spiritus & vita, ait esse prædicationem inuolutam, & secundum Reton intelligenda.

Pag. 28. Propositio qua dicitur: Panis Eucharisticus est Corpus Christi, est propositio de filio Dei incarnato: Quia de pane illo prædicatur corpus filij Dei incarnati.

Pag. 54. Confert hanc propositionem, Hoc e. c. m. Cum illo patris testimonio de filio: Hic est filius meus dilectus.

Pag. 87. & deinceps RETON definit saltẽ ex singularum vocum propria significatione De quo si & ipse Melanthonis Dialecticã consulere voluisset, vel ex hoc uno exẽplo: Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus S. discernere potuisset; Etiam cum in singulis vocibus propria significatio retinetur; prædicationem tamen figuratam esse, ubi prædicatum subiecto improprie attribuitur.

Pag. 33. Non recedi à natiua, propria, & genui-

genuina loquēdi ratione, etiam si per (Hoc) in
verbis Cœnæ, intelligatur Vtrumque, panis
& corpus.

Ibid. Non esse dissensionem inter suos,
quod alij Hoc intelligant de signo quod vi-
detur: Alij de re signata, quæ non videtur, Alij
de pane & corpore simul. Pag. 66. negat
(Hoc) necessariò referri ad panem.

Pag. 13. 74. & in toto libro, Verba Accipite
& Manducate in propria sua significatione re-
fert non ad panem fractū, & ex manu Christi
in manus discipulorum datum, Sed ad corpus
ipsum traditum pro nobis in cruce (contra
Grammaticam verborum constructionē, & te-
riem historię institutionis.)

Pag. 19. Sicut corpus Christi verè & rea-
liter pro nobis est traditum: Sic panem verè
& realiter esse Corpus Christi. (Id perindè est
ac si quis dicat: Sanguinem Christi substanti-
aliter fufum esse pro nobis in Cruce, atq; indè
concludat: vinum substantialiter esse sangui-
nem Christi.)

Pag. 11 60 106 & passim alibi; Contra-
dictorias ait esse has propositiones: Hoc est
Corpus meum: Et hoc significat, vel figura,
vel signum est mei corporis. Et pag: 32 vsur-
pantes explicationē illam veterum, dicit ne-
gare

gare verba Christi, & signum ponere tantum
absentis corporis.

Pag. 83. Approbat & defendit collationem
verborum cœnæ, cum hac propositione: Ser-
pens est Diabolus.

Pag. 52. Infidelitatis esse, quærere *διὰ νομίας*
in verbis cœnæ, siue in prædicato, siue in copu-
la, siue in prædicationis ratione.

Pag. 53. Negat extare in s. l. hanc propo-
sitionem: Agnus est Phase seu transitus Do-
mini (contra textum expressum Exo. 12. vers. 11.
Vnde Euangelistæ hanc locutionem sumpse-
runt, vt Pascha nominarent Agnum ipsum,
institutum vt esset Signum transitus.

Pag. 54. 66. Non esse eandem rationem
prædicandi in propositionibus, quibus Euan-
gelistæ vtantur in verbis Cœnæ.

Pag. 56. 68. Vocabulo noui Testamenti
apud Lucam & Paulum virtutem Sacramenti
(quam Christus manducandam non institu-
erit) verbis autem Mathæi & Marci rem ipsam
signatam exprimi.

Pag. 89. Negat *σημα* Sacramentale ex col-
latione mutua Sacramentorum veteris & no-
ui testamenti explicandum esse.

De Vnionē & prædicatione Sacramentali.

Pagina 92. Negat modum vnionis Sacramen-
talis

ialis ex natura & definitione Sacramentorum
planum & perspicuum esse.

Pag. 90. Quia Unio sacramentalis sit my-
stica, ideò prædicationem eius non referen-
dam esse ad genus signorum (Quasi verò my-
steria veteres non definiant, sicut sacramenta,
quòd aliud sint, aliud significant.)

Pag. 84. Negat veram Unionem Signi &
rei signatæ esse, si res signata à signo absit cer-
to loci interuallo.

Pag. 72. Unionem sacramentalem dicit
esse copulationem arcanam & ineffabilem si-
gni & rei signatæ.

Pag. 14. 89. 97. & passim alibi, Fingit ali-
am naturam esse Sacramentorum, & locuti-
onum sacramentalium veteris & noui Testa-
menti. Quia Sacramenta noui test. tantum,
sint Media exhibitionis rei signatæ: non etiam
Sacramenta veteris testamenti.

Pag. 116. Discrimen inter Sacramenta
esse non tantum quò ad externa media, sed e-
tiam quò ad res promissas.

Pag. 117. Non esse superstitionem, statu-
ere aliam rationem esse unionis sacramentalis,
cõmunicationis, & distributionis rerum pro-
missarum in Cœna, quàm in Sacramentis a-
lijs, aut in verbi ministerio.

Pag. 69. Non esse communem Vtriq; Sa-
cramenti

ramento Noui testamenti, id est, Cœnæ & Baptismo prædicationem sacramentalem.

Pa. 27. In mysterio & Sacramento exhiberi exponit pro arcano & imperscrutabili modo.

Pa: 21. 35. 157. Ex dictis patrum quorundam, quæ sacramentaliter intelligenda sunt, infert Carnem nostram, vesci, ali, nutriri, non Symbolis tantùm, sed ipso corpore & sanguine Christi. Ibidem & aliàs sæpè, etiam cætera quæ sunt Dicta sacramentaliter apud patres, intelligit propriè, vt quod inquinatis manibus & ore polluto accipiantur & hauriantur Corpus & S. Domini.

*De presentia & manducatione Corporis
& S. Christi in Cœna.*

Nusquam discernit præsentiam exhibitionis seu communionis cum homine, à præsentia vel absentia quò ad situm loci. Ideo pag. 75. & passim alibi damnat illorum locutionem, quod corpus Christi finitum & ad cœlos euectum, locorum distàtia disjunctum sit à pane, vel à nobis, qui in terris sumus.

Pa. 83. Confundit hæc duo, quasi sint æquipollentia: Panis est cõmunio corporis; & cõmunio corporis Christi est cum pane. Ideoque reprehendit, quod Orthodoxi dicunt, Non cum pane, sed cum sumentibus in usu legiti-

mo

mo fieri cōmunionem 'corporis' Christi (Quid autem insulsius est, quam fingere, panem sibi ipsi esse cōmunionem corporis?)

Sic & pag. 92. Confundit cōmunionem corporis cum homine: & p̄sentiam In vel Sub pane. Dicit enim eundem esse p̄sentiaē modū. Vtrumq; etiam arcanum dicit esse & imper-scrutabilem.

pag 117. p̄sentiam corporis & s. in cœna nouam & extraordinariam esse oportere: Quia sacramentalis & mystica sit, Item hyperphysica & miraculosa.

Pag. 76. & deinceps Confundit p̄sentiam Vniuersalem & Specialem Spiritus sancti: Cū ait, propter veram p̄sentiam essentiaē Spiritus s. ipsis etiam Symbolis, videlicet flammis, seu linguis ignitis & flatui oris Christi, & columbæ, tribui nomen spiritus S. (Quòd si verum esset, eadem ratione omnibus alijs creaturis nomen SP. S. tribuendū foret) Similiter non discernit signa gratiaē & earum rerum, quæ substantialiter in ipsis signis, vel in eo loco existunt, vbi sunt signa.

Pag. 167. Figmentum & fabulam esse: patres in v. t. corpus & s. Christi secundum essentiam manducasse & bibisse sacramentaliter.

In rei signataē descriptione Vbiq; diuellit corpus & s. Christi à beneficijs & efficacia
cum

(cū hęc non minus quā ipsum corpus
sint res signata seu promissa in Eucharistia.)

Pag. 156. Spiritualem manducationem
fingit tantū esse virtutis, meriti, efficacīe
corporis Christi: in Cœna ait nos ipsam es-
sentiam corporis & s. in nouo demū testa-
mēto institutam manducare.

Pag. 164. Simpliciter falsum esse dicit:
corpus Christi non absolute nobis offerri in
Cœna, sed quatenus additam habet promissi-
onem meriti & efficacīe.

Pag. 156. Concedit Ioh. 6 à Christo ex-
plicatam esse manducationem spiritualem:
Et negat tamen referendam eam esse ad ipsam
essentiam Corporis (cōtra expressa verba
Christi, caro mea verē est cibus &c.)

Pag. 122. Toto cœlo aberrare dicit, qui
Hilarij & Cyrilli verbis de cōiunctione nostri
cum Christo secundum carnem, putent sen-
tentiam hanc conformem & consentaneam
esse, quod Christus se nobiscum vniat corpo-
re suo ita vt insertione seu inplantatione Spiri-
tuali .i. virtute viua & efficacī Sp: Sancti faci-
at nos membra veri et viui corporis sui.

Pag. 162 Negat Rem spiritualem promissam
in hac vita aliter apprhendi non posse,
quā fide: Negat per fidem tantū Chri-
stū inhabitare in nobis: Quia etiam corpo-
raliter

raliter & naturali participatione inhabitee
(quasi verò hæc opposita ac non potius sub-
ordinata sint.)

Pag. 173. Ad substantiam rei percipiendam
non requiri fidem necessariò.

Pag. 155. ait corpus Christi Apostolos Ore
excepisse (Idq; proprie intelligit.)

Ibid. & pa. 160 Quæ in eodem Sacramen-
to, & in eadem actione vnita sunt Sacramen-
taliter, eodem quoq; instrumêto accipiuntur.
(Sic verò et Spiritus s. & regeneratio spiritua-
lis eodê instrumêto in baptismo acciperetur,
quo aquæ aspersio.)

Pag. 161. Sensu quædam percipi ait, sed
non ratione naturali neq; vt objecta propria.

Pag. 178. ponit Sacramentalem mādūca-
tionē, quæ sit simul signi & rei signatæ, distin-
cta à manducatione externa signi, & ab interi-
ori manducatione rei signatæ tantùm. Et mox.
vna eademq; actione accipiendi & manducā-
di coniuncta esse signa & rem signatam in le-
gitimo Sacramenti vsu: Ideoq; non ad di-
uersa instrumenta signum & rem signatam
referenda esse.

Pag. 180. In Baptismo non faciendam esse
distinctionem ablutionis ad diuersa objecta,
Sic vt ablutio spiritualis tantùm ad animam
referatur: externa ablutio tantùm ad corpus:
sed

sed vna eademq; actione totum hominē quō
ad animam & corpus abluī à peccatorum for-
dibus & reatu: Ita & in Eucharistia vna ea-
demq; actione, non tantū animam, sed eti-
am ipsum corpus nostrum corpore & s. Christi
si nutriri.

Pag. 144 Christum corpus suum accipien-
dū & manducādū externa actione, instituisse.

pag. 155 Christum in actione sacrae cœnæ,
nulla vsum esse distinctione in verbo accipiē-
di & manducādi, Ideoq; tam Corpus Christi
quā panem accipi & manducari ore.

pag. 120. Christum non momentanea sed
durabili & assidua & perpetua præsentia sua
esse in renatis: sed non semper esse in renatis
Corpore suo ad alimoniam.

pag. 166. Negat eandem esse communio-
nem corporis & s. Christi in Euangelio & Sa-
cramentis quō ad rem ipsam. (Nam Symbola
in Sacramētis accedere extra cōtrouerſiā est)

Pag. 103. Christum inter Mandatum &
promissionē in verbis cœnæ non distinguere,
sed simpliciter citra distinctionem vllam mā-
dato promissionem annectere Ideo nec nobis
licere inter mandatum & prom. distinguere.

Pag. 87. eos etiam qui ore fidei destitu-
untur percipere non modo signum sed etiam
rem signatam.

pag.

Pag. 171. Blasphemum esse ait, dicere
quod non possit corpus carnem & ossa ha-
bens, Visibile, circumscriptum, sensibile,
organicum, Ore carnali recipi: Aut Os cor-
poreum Spiritualiter, supernaturaliter, & hi-
perphysice comedere posse.

Pag. 159. corpus Christi secundum es-
sentiam suam ore accipi.

Pag. 25. ex reali perceptione corporis &
s. Christi hanc efficaciam in corpora nostra
dimanare, vt resurgant.

Et Pag. 179. Non tantum signum, sed
etiam rem signatam esse pignus certum, quo
etiam corpora nostra de resurrectione & fu-
tura gloria & hæreditate regni cælestis con-
firmentur (Atqui & impijs tribuit perce-
ptionem rei signatæ.)

Pag. 183. Falsam & impiam esse hanc sen-
tentiam, qua manducatio Symbolorum ad
os corporis: Manducatio autem rei signatæ
ad os fidei referatur tantum.

Pag. 191. Simpliciter falsam esse hanc
propositionem: Tantum fides est instru-
mentum conueniens ad percipiendam car-
nem & s. Christi Vtpote cibum & potum
spiritualem. Ibidem negat carnem & s. Chri-
sti tantum esse Spiritualem cibum & potum
Quia sit etiam Sacramentalis ideoque non
tantum

tantum fide sed etiam ore corporis percipi.

pag. 192. Etiam impios & incredulos qui Sacramentaliter tantum habent Communionem corporis Christi, recte dici *kaenos* Christi ad iudicium.

Pag. 190. Regulam illam auream: Nihil habet rationem Sacramenti extra usum institutum, exponit tantum de administratione & sumptione externa Ibid. discernit legitimum usum à salutari usu: & legitimum dicit sine fide esse posse.

Pag. 73. Agnoscit inanes, & impias quaestiones esse: An Corpus Christi in terram cadat, à muribus arrodatur, in ventrem trajiciatur &c. sed fundamentum harum quaestionum stabilit, interpretans Usus Sacramenti de externa saltem manducatione. Quòd autem addit, hominis Christiani esse, non querere de istis, de quibus voluntatem suam Deus non aperuerit, neque ulterius sapere, quàm Christus nos sapere voluerit: id de toto figmento praesentiae Corporalis in pane, & manducationis oralis de substantiali corpore Christi proprie acceptae cogitare debebat, De quo nusquam Deus voluntatem suam aperuit, neque Christus nos comminisci quidquam, aut sapere Papistarum more voluit, ex quorum numero Monachus quidam, defendens arto-
latiam


riam (cuius basis est fictitia illa presentia
corporalis) cum sub initium instaurationis
Euangelij Lipsiæ vrgeretur hac quæstione
Quid mus comederet, hostiam comedēs? ex-
clamauit; Deus scit: Ego scire non possum.


Sed tædet pigetq; me, in tanta luce Euan-
gelij disputare de his prolixius cum Marba-
chio, cui mentem saniolem opto, & sensus
exercitatos ad discretionem boni & mali, &
vt ne sapiat supra quàm oporteat sapere, sed
vt sapiat ad sobrietatem, neque prudens sit
apud semetipsum. Rom. 12.


Te Verò Fili Dei, Domine Ihesu Chrifte
oro vt nos doceas, gubernes, protegas, cum
tu qui es *kardiognostes* scias qualiquisq; volun-
tate sit erga Ecclesiam tuam. Tu nos adiuua,
sicut promisisti, qui simplex studium discendæ
doctrinæ habemus, nec obscurari aut de-
leri Veritatem tuam sinas, opinio-
nibus aut molitionibus eorum, qui
anteceptis suis imaginationibus
seruire & theatri sui applau-
sum captare malūt, quàm
fōtes veritatis serio stu-
dio querere. Veni
domine Ihesu
veni.


AMEN.

teu
ter
us
ro te
vit
Qua
pven
nnit
is m
teris









M 3343

ULB Halle 3
003 916 766




SB

17

A. 11





BRVM

PI MAR

HII.

ANTER, SED
IT, TITULO RE.
Doct. Christophori
ofancta Coena
ni.

breuis,

OPHORO
AE THEOLO.
TORE.



E,
ardus Petri